ἐπίῃ ἐς τὴν Εὐρώπην Ἀμουράτης, ὡς ἀμύνασθαι. ταῦτα
ὡς ἐπύθοντο τάχιστα γενόμενα κατὰ τὴν Εὐρώπην, καλέσας
Ἰωάννην βασιλέα Βυζαντίου ἔλεγε τοιάδε. "βασιλεῦ Ἑλλή-
νων, ἐμοί τε νεωστὶ παρὰ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ πιστοτάτων
ἀγγελία ἀφίκετο ὡς Σαουζῆς ὁ ἐμὸς παῖς ὑπὸ τοῦ σοῦ παι-
δὸς ἀναγνωσθεὶς ἀνήκεστά μοι βουλεύονται πράγματα. πῶς
οὖν ἔχει μηδέν τι ἐπισταμένου σοῦ τούτων πέρι ἐς τοσοῦτον B

4. ὡς P: corr H 5. τὸν] τὴν P: corr H τε] τοὺς H
6. πολεμῶν P: corr H 7. ἔπειθέ H, ἐπειδή P 8. πατέ-
ρων H, πατρώων P 17. ἐπύθετο H 21. βουλεύεται H

rentur. hic seditionem excitavit, concilians Graecorum nobilium in Europa animos. cum venisset colloquendi gratia ad Graecorum regis filium seniorem Andronicum, cui Byzantium regnique curam mandarat pater, cum proficisceretur cum Amurate in Asiam adversus duces isthic seditiosos, tandem eo deducti sunt ut uterque a patre deficeret suo, paternumque regnum teneret, eundemque et hostem et amicum ducerent quem alter iussisset; praeterea si quid ingrueret, alter alteri auxilio esse ne cunctaretur. haec cum ipsis visa essent, quo maioribus animis observarentur maioreque fide colerentur, iurisiurandi religio utrinque interposita est. quibus expeditis quam commodissime ex aperto praeparabantur obsistere Amurati, si in Europam transire conaretur. ubi de istis certior factus est Amurates, advocato Ioanne rege Byzantii huiuscemodi exorsus est orationem. "rex Graecorum, mihi nuper a fide dignissimis in Europa nuntiatum est Sauzem filium meum, a filio tuo coactum, instituere ad extremam me devolvere miseriam. qua ratione igitur fieri posset ut inconsciis vobis ad tantam devenerint dementiam, ut non solum meus filius tam

TAYLOR INST. OXFORD

ἀφικέσθαι ἀφροσύνης, ὥστε μὴ μόνον ἐπιχειρῆσαι τὸν ἐμὸν παῖδα, ἀλλὰ καὶ σὸν παῖδα συνέπαινον γενέσθαι ἐς ταῦτα; πῶς δ' ἄνευ σῆς γνώμης τὰ τοιαῦτα γενέσθαι ἐξείη λογίζε-
V. 17 σθαι; ἀλλ' εἰ μὲν δίκην ἐπιθήσων τῷ σῷ παιδὶ ἦν τινα ἂν ἐπιτάττοιμεν μηδ' ὁτιοῦν ὑπολογιῇ, εἴσομαι τότε σαφῶς ὡς ἄκοντός σου ταῦτα ἐγένετο. ἢν δὲ ἄλλῃ λογιζόμενος ἀλλοῖον ἢ ἐμοὶ δόξει περὶ τοῦ ἐμοῦ παιδὸς μὴ τιμησάμενος μὴ βούλοιο τίθεσθαι, ἴσθι δὴ σαυτὸν ἐν αἰτίᾳ ἔξων ἐς ὕστερον." βασιλεὺς δὲ Ἑλλήνων ἀμείβετο τοῖσδε. "ὦ βασιλεῦ, οὐκ ἂν δή ποτε τοῦ λοιποῦ ταύτην ἔμοιγε τὴν αἰτίαν αἰτιώμενος
C ἐπιθείης σὺν δίκῃ· ἢ γὰρ καμοὶ γενήσεται ὁ παῖς οὗτος ὃν σὺ ἔφησθα ἐπὶ ταῦτα ὁρμᾶσθαι, οὐδέν τι ἧττον ἐμοῦ συνειδότος, ἤδη δὴ τότε σαφέστατα ὡς ἔχομεν εὐνοίας τε καὶ φιλοφροσύνης περὶ σέ τε καὶ τὴν σὴν δυναστείαν. ἢν δ' ἂν ἐπιτάττοις δίκην ἐκείνῳ ἐπιθεῖναί με, μὴ ἂν οὕτω μεμηνέναι δόξαιμι ὥστε τῷ ἐμοί τε καὶ σοὶ ἐχθίστῳ τε καὶ πολεμιωτάτῳ διατεθειμένῳ χαρίζεσθαι, ὁτιοῦν ἐνδιδόντα τῆς δίκης." ταῦτα εἰπόντι τῷ βασιλεῖ, ἐδέδοκτο Ἀμουράτῃ τὴν αὐτὴν ἀμφοῖν ἐπιθεῖναι τὴν δίκην, κατὰ ταῦτα ἄμφω τὼ πατέρε ἐπαιτιωμένω τοῖς παισίν, ἐξορύξαι τὼ ὀφθαλμὼ ἑκατέρῳ ἐκείνοις. ὡς δὲ ταῦτα ἐδέδοκτο, ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, στράτευμα ἀγόμενος ᾗ ἐδύνατο πλεῖστον. καὶ διαβὰς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἴετο ὁμόσε

11. εἰ γὰρ ἐπ' ἐμοί? 13. ἤδη] εἴσῃ? ἔχοι μὲν P

impia aggrediatur, verum tuus accedat auxiliator et adiutor? absque tuo consilio haec parari quo pacto cogitare possum? verum si poenas exegeris de filio tuo, quas ego dictavero, certo sciam te inscio et invito ista contigisse. sin alia tibi quam mihi placuerit puniendi filii sententia, scito harum turbarum culpam omnem me in te translaturum." cui Graecorum rex respondet "nequaquam, o rex, hanc culpam vere in me reiicies. nam si nunc mihi daretur filius ille meus, quem ais adeo impia in te patrare, sane cogniturus esses liquido, quam ardentissimis studiis te tuumque regnum complecterer. sin autem mihi animadvertendi in filium negotium iniunxeris, ne me adeo dementem fore existimes, ut quicquam gratia repressus de poenae severitate remittam; praesertim cum is puniendus sit, qui tibique mihique inimicissimus et infestissimus est." rex dicendi cum finem fecisset, placuit ut uterque parens suum filium simili poena, cum crimen utriusque simile foret, feriret. poena autem erat constituta, videlicet ut utriusque oculi eruerentur. haec ubi sunt decreta, copiis quam potuit maximis succinctus festinavit in Europam. quibus transvectis in Europam, summo studio contendit adversus filium in eum locum, ubi eum cum Graecorum regis filio castra com-

ἐπὶ τὸν παῖδα, ὅπῃ δὴ ἐπυνθάνετο αὐτὸν ἐστρατοπεδευόμε- D
νον σὺν τῷ Ἑλλήνων βασιλέως παιδί. οἳ δὴ τὸ Εὐρώπης
στράτευμα συλλέξαντες ἐστρατοπεδεύοντο ἐν χώρῳ τινὶ Βυ-
ζαντίου Ἀπικριδίου καλουμένῳ, οἳ δὴ τούς τε Ἕλληνας ἅμα
καὶ τοὺς ἀρίστους ἀπ' Εὐρώπης συλλέγεσθαί οἱ ὡς μάλιστα
ἐλογίζοντο. ἐνταῦθα δὴ ἐπὶ χαράδρᾳ τινὶ ὡς ἐπὶ χάρακι
ἐστρατοπεδεύετο Σαουζῆς Ἀμουράτεω παῖς, τὸν πατέρα ἐπιόν-
τα οἱ ἐπιδεχόμενος. Ἀμουράτης δὲ ὡς ἐνταῦθα κατέλαβε
τὸν παῖδα αὐτοῦ καὶ τοὺς Ἕλληνας στρατοπεδευομένους, συν-
ταξάμενος ἐπῄει ὡς συμμίξων αὐτίκα τοῖς ἐναντίοις. ὡς δὲ
ὑπὸ τῆς χαράδρας διεκωλύετο, ἐστρατοπεδεύσατο καὶ αὐτός. P. 22
συνέβαλλον, ᾗ ἐνεχώρει, Ἑλλήνων τινὲς τοῖς τοῦ Ἀμουράτεω
στρατιώταις, καὶ ἐτρέψαντο τούτους, ὡς λέγεται. ὡς δὲ
ἐφαίνετο χαλεπῶς ἔχειν τὸν χῶρον ἐκεῖνον μάχῃ συνάψαι
τοῖς πολεμίοις, νυκτὸς ἐλάσας ἐναντίον τοῦ στρατοπέδου ἐπὶ
τὸ χεῖλος τῆς χαράδρης, ὡς ἐγγυτάτω γενόμενος τοῦ στρατο-
πέδου τῶν πολεμίων ὡς ῥᾷστα ἐπακούοιτο, φωνῇ τε μεγάλῃ
ἐπικαλούμενος ὀνομαστὶ ἄνδρα ἕκαστον, ὡς εὐκλείζων ἅμα
τῶν πεπραγμένων ἑκάστῳ, εἴ τῳ φιλότιμον πώποτε ἢ ἀγαθὸν
ξυνηνέχθη γενέσθαι. μετὰ δέ, εὐφημίζοντα ἕκαστον, παρὰ
τὸ χεῖλος διιπεύοντα λέγεται ἐπειπεῖν τοιάδε "Ἄνδρες ἥρωες,
ποῖ δὴ οἴχεσθε, ἀπολιπόντες ἐμὲ τὸν πατέρα ὑμῶν; ποῦ

4. Ἀπικρίδιον H 16. ὡς ἂν ἐγγ.? 18. ὡς] καὶ?

munivisse acceperat. qui quidem coacto in Europa exercitu castrametati sunt in Byzantii quodam loco, Apicridium dicto; quo sane congregatos esse constabat Graecos et optimos quosque ex Europa. ibidem iuxta torrentem quendam, quo quasi vallo muniebatur, castra locavit Sauzes Amuratis filius, patris adventum expectaturus. Amurates cum exploratum haberet filium suum, additis Graecis, in praedicto loco castra posuisse, composito agmine accedit, praeliaturus cum hoste. cum autem praelium prohiberet torrens, etiam ipse torrenti castra imposuit. fama est Graecorum quosdam congressos cum Amuratis militibus eos fudisse. deinde cum cognovisset locum istum ad praelium committendum minus esse opportunum, noctu profectus e regione castrorum hostilium ad oram torrentis quam proxime ad hostium castra accedit. hinc cum facile exaudiri posset, sublata voce singulos nominatim inclamavit; quorum egregia facta locis temporibusque notata, oratione secunda extollebat. deinde cum singulos satis collaudasset, equo transiit torrentem, et talem orationem habuisse fertur. "viri heroes, quo fugitis relicto me, patre vestro? quare praeceptoris vestri disciplinam abiicientes, ad filium meum convertimini desertorem? qui ubi primum captus in meas venerit

B τοῦ διδασκάλου τῆς διδασκαλίας ὑμῶν ἀφέμενοι ἐπὶ παῖδα ἑτράπεσθε ἔτι ἀπαλλάττοντα, ὃν, ἐπειδὰν ἐς χεῖρα ἐμὴν ἀφίκηται, συλλαβὼν μαστιγώσω, οὐδέν τι ἄλλο λυμηνάμενος τὸν νεανίαν, ἂν μέντοι μόνον ὑμῖν βουλομένοις ἐξῇ ἐκεῖνον τοιαῦτα ποιῆσαι. ἢν δὲ ἄλλοι πειρώμενοι τῆς γνώμης ἐμοῦ ἐθέλητε διὰ μάχης ἰέναι, ἴστε δὴ ὡς ὑμῶν οὐδὲν ὑγιὲς ἐσεῖται τοῦ λοιποῦ. δεῦρο δὴ οὖν ἰόντες παρ' ἡμᾶς μηδ' ὁτιοῦν ὑπολογίζεσθε αἰδοῖ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς, καὶ ὑπὸ παιδὸς μαστιγία αἰσχύνεσθε τοιαῦτα ἐπιτηδεύοντες. καὶ ἐπόμνυμι τὸν τὴν ἀρχὴν τήνδε ἐμοὶ ἐπιτρέψαντα μηδένα μηδὲν ἔτι ἀνήκεστόν τι ἐργάσεσθαι." ταῦτα ἀκούσαντας τοὺς Σαούζεω στρα-
C τιώτας αἰδεσθῆναί τε λέγεται τὴν βασιλέως φωνὴν (φωνεῖν τε γὰρ διάτορον μάλιστα δὴ ἀνθρώπων) καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν δεδιέναι, τὴν τύχην αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἐξεπισταμένους.
V. 18 καὶ οὕτω πεισθέντας, ὡς ἐδίδοσαν σφίσιν αὐτοῖς λόγον ἐπὶ τῷ γεγονότι, νυκτὸς ἐκείνης ἀπαλλάσσοντο ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἀπιόντες ἢ ἑκάστῳ προεχώρει, τοὺς δὲ πλείους ἀφικομένους παρὰ τὸ Ἀμουράτεω στρατόπεδον παραιτεῖσθαι ὡς ἀνάγκῃ προηνεγμένοι συνελέγησαν ἐς τὸ Σαούζεω στρατόπεδον. αἰσθόμενος δὲ ὁ Σαουζῆς ἀποδιδράσκοντας τοῦ στρατοπέδου τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ, σὺν τοῖς ἀρίστοις, οἷς ἐώρα εὐνουστάτοις αὐτῷ, ᾧχετο ἐπὶ τὸ Διδυμότοιχον, συνεπισπομέ-

2. ἀπαλλόντα? ἁπαλὸν ὄντα H 5. δὲ ἀποπειρώμενοι H
8. ὑπὲρ? mox H μαστιγίου. 11. τοῦ P

manus, tergo suo poenas pendet. nam flagellis caedetur, si modo id per vos mihi licuerit; nec quicquam mali aliud adolescentis perpetietur corpus. sin spreta hac sententia mecum volueritis decernere ferro, pro certo habetote vos ad summam abituros miseriam, nec meam bonitatem unquam experturos. agite ergo, ad nos transite, nihil mali suspicantes. nec ob nostrae virtutis reverentiam, nec etiam propter filii flagellationem, ad me confluere erubueritis. iuro per eum cuius ope ad istud insigne imperium conscendi, me nihil mali cuiquam vestrum illaturum." fama est Sauzis milites his auditis nonnihil confusos voce regis, quae erat clarissima, sibique timuisse male, virtutem eius et fortunam optime callentes. attamen persuasi auctoritate dicentis, cum inter se multum essent collocuti, nocte ea quae insequebatur castra deserunt; et quo cuique opportunum videbatur, eo dirigebat gressum. plurimi cum Amuratis castra intrassent, deprecati sunt culpam, factum excusantes, se non sponte, verum necessitate circundatos, castra Sauzis esse secutos. Sauzes ubi intellexit milites suos e castris aufugisse, nec non illos quos sibi fidissimos iudicabat abiisse, concessit Didimotychum. secuti sunt eum Graeco-

Digitized by Google

νων καὶ τῶν παίδων ὅσοι ἐς τόνδε οἱ συνεπιλαβομένων τὸν D
πόλεμον ὡς προθυμότατα, καὶ συμπροθυμούμενος ἐδόκει τού-
των ἀντιλαβέσθαι ᾗ ἐδόκει ἐρρωμενέστατα. πυθόμενος δὲ
Ἀμουράτης ἤλαυνε κατὰ πόδας, καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. οἱ
δὲ σὺν τῷ Σαουζῇ λιμῷ πιεζόμενοι, ἅτε σίτου οὐκ εἰσενε-
χθέντος ἐς τὴν ἀκρόπολιν πρότερον καὶ ἐν βραχεῖ ἐπιλελοι-
πότος, παρεδίδοσαν σφᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι ὡς ἂν μάλιστα
αὐτῷ δοκοίη. Ἀμουράτης δὲ τὴν πόλιν λιμῷ παραστησάμε-
νος εἷλε τὸν παῖδα αὐτοῦ Σαουζῆν, καὶ λαβὼν ἐξέκοψε τῷ
ὀφθαλμῷ αὐτοῦ. τοὺς δὲ ἄλλους κελεῦσαι αὐτὸν δεδεμένους
ἐπὶ κεφαλὴν κατὰ κρημνῶν κατενεχθῆναι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς P. 23
τὸν ποταμόν. τὸν δὲ ἐσκηνωμένον παρὰ τὸν ποταμὸν καὶ
θεώμενον ἐπιφερομένους τούς τε ἀρίστους ἐπὶ κρημνὸν σύν-
δυο τε ἅμα καὶ σύντρεις ἀναγκάζειν, οἷς ἐπισπεύδοντα
κυσὶ λαγὼ ἐπιδιώκουσι, παῖδας τῶν παρ' ἑαυτῷ ἀρίστων, σὺν
τῷ Σαουζῇ ἀπιόντας, ἐκέλευσε τοὺς πατέρας αὐτῶν αὐτοχειρὶ
διαχρήσασθαι. δύο δὲ τούτων λέγεται, μὴ ἐθελήσαντας τοὺς
παῖδας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, αὐτούς τε ἅμα ἀνελεῖν καὶ τοὺς
παῖδας αὐτῶν κελεῦσαι ἀνελεῖν. γνώμῃ δὲ ἔφασκε τῶν πα-
τέρων ἀφικέσθαι τοὺς παῖδας ἐπὶ τὸν Σαουζῆν, καὶ ἀφικέ-
σθαι ταλαντευομένων αὐτῶν ἐπ' ἀμφότερα. ταῦτα δὲ ποιη- B
σάμενον ἐπιτεῖλαι, πέμψαντα ἄγγελον, τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ
τὸν παῖδα τὰ αὐτὰ τούτῳ ποιῆσαι, ᾗ συνέθετο αὐτῷ τὴν

14. οἷς] οἷα? 15. λαγὼ] cf. Hammer I p, 192

rum filii; quorum auxilio subnixus res quam animosissime gerebat. Amurates comperto filii discessu, e vestigio insecutus est, urbemque obsidione circumdedit. illi qui erant cum Sauze, fame oppugnati, cum antea nullum frumentum in arcem congessissent, semet fidei Amuratis sine pactionibus tradidere. Amurates itaque cum urbem fame enectam accepisset, etiam Sauzem filium cepit; quem oculis privari iussit. Graecos autem reliquos ex urbe vinctos praecipites in flumen subiectum deiici imperavit. castris autem iuxta flumen fixis, spectabat optimates Graecorum ut praecipitarentur ex urbe, nunc bini, deinde et terni. studio deinde spectandi addictus, cum intervenisset ex improviso lepus a canibus agitatus, fertur cachinum sustulisse. posthaec parentibus eorum qui se iunxerant Sauzi seditionem concitanti, praecepit ut filios necarent suis manibus. patres duo fuere, qui noluere tam crudele exequi imperium. hinc et ipsi trucidati sunt simul cum filiis. nam dicere solebat nequaquam istos citra consilia parentum defecisse ad Sauzem. nunc autem cum fortuna utantur dubia, eos nutare in utramque partem. his ita expe-

ἀρχήν. κἀκεῖνον δέ φασι λαβόντα τὸν παῖδα αὐτου ὄξει ζέοντι κατενέγκαι τῷ ὀφθαλμῷ.

Τότε μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτα ἀμφὶ τόνδε τὸν πόλεμον· μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς Ἐμμανουῆλος ὁ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως παῖς Θέρμην τὴν ἐν Μακεδονίᾳ, Θεσσαλονίκην ἐπικαλουμένην, ἐπιτροπεύων διῴκει, καί τινος λαβόμενος ἐπιστάτου ἀμφὶ τήνδε τὴν χώραν τῇ Φερρῶν πόλει ἐπιβουλεύων ἐάλω, πρὸς δὲ καὶ νεώτερα πράττων πρὸς Ἀμουράτην, ἐπιπέμψας Χαρατίνην ἄνδρα μέγα δυνάμενον, διὰ σύνεσιν δὲ τὰ ἐς πόλεμον οὐδενὸς τῶν παρ' ἑαυτῷ λειπόμενον, ἐπέτελλε τὴν Θέρμην αὐτῷ παραστησάμενον ἥκειν, ἄγοντα τὸν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου παῖδα. Χαρατίνης μὲν δὴ ἐν τούτοις ἦν· Ἐμμανουῆλος δὲ αἱρήσεσθαι τὴν πόλιν οἰόμενος ταχὺ ὑπὸ Χαρατίνεω, ἅτε τῶν πραγμάτων τῶν ἐν τῇ πόλει πονηρῶς ἐχόντων καὶ ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ οἱ ἀποβεβηκότων (αὐθαδέστερόν τε γὰρ αὐτῷ ἀχθόμενοι ἐχρῶντο οἱ τῆς πόλεως ἢ ὡς ἐχρῆν), ὡς εἶχε, τάχιστα ἀπηλλάττετο διὰ θαλάσσης, ἐπὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐν νῷ ἔχων ἀπιέναι. ὡς δὲ ἐπιπέμπων αὐτῷ ὁ πατὴρ προηγόρευεν ἄλλου πη ἀπιόντα ἀπαλλάττεσθαι, ὡς οὐκέτι αὐτῷ ἐνὸν δέχεσθαι διὰ δέος τοῦ Ἀμουράτεω, ἔγνω δεῖν ἐς αὐτὸν ἰέσθαι τὸν Ἀμουράτην, παραιτησόμενον εἴ τι μὴ ἐν δέοντι διαπραξαμένῳ αὖθις αὐτῷ μεμελέτηκεν. Ἀμουράτης δὲ πυνθα-

2. κατενέμαι T 22. μεταμεμέληκεν?

ditis nuntium mittit ad Graecorum regem, ut filium suum plecteret, sicuti initio convenerat; qui infundens oculis eius acetum fervidum, visum ei ademit.

Talem finem isti bello imposuit (1385). postea cum Emanuel, regis Graecorum filius, Macedoniae Thermam, quam Thessalonicam nominant, regens, et auxilium nactus, deprehensus esset Pherris urbi insidias struere resque novas contra Amuratem moliri, misso Charatine, potentissimo viro et militari scientia nulli postponendo, ei praecepit ut Thermam occuparet, nec reverteretur, nisi adducens filium Ioannis regis vinctum. his quidem Charatines efficiendis praecipue intentus erat. Emanuel cum praesentiret urbem non posse sustinere Charatinis vires, cum alioqui urbis res essent comminutae nec quicquam boni prae se ferrent (nam contumeliosius illum tractabant quam fieri par erat, viro maxime infensi) quapropter animo agitabat quam ocyssime mari contendere ad patrem. pater autem misso nuntio cum edixisset ut alio quam ad se diverteret, quasi eum non amplius excipere auderet, Amuratis metu, statuit ire ad Amuratem, huncque suppliciis fatigare, ut sibi admissorum impunitatem concedat. Amurates cognito filium regis ad se venire, eius admodum gavisus est ge-

νόμενος τὸν βασιλέως παῖδα ἐπ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι ἠγάσθη τε V. 19
αὐτὸν τῆς γενναιότητος, καὶ ἀπαντήσας ᾗ πρότερον εἰώθει
ποιεῖν αὐτῷ ἐπελαύνοντι ἔπειτα προσεῖπε, καὶ ἐπισχόντι
βραχὺ οὕτω διελέχθη. [μετὰ δὲ ταῦτα προσγελάσας αὐτῷ
ἔλεγε τοιάδε.] "ὦ παῖ βασιλέως, ὡς μὲν σὺν δίκῃ τῇ ἐμῇ
χώρᾳ νῦν, πρότερον δὲ ὑμετέρᾳ οὔσῃ ἐπιβουλεύων ἑάλως,
καὶ ταῦτα ὅσα διεπράξω σὺν δίκῃ διαπεπραγμένος εἴης, ἐπι-
σταμένῳ μοι ταῦτα ἐστί, καὶ ἤδη συγγνώμην σοι παρεχόμε-
νος ἐν τῷ παρόντι, ὅρα μὴ εἰσαῦθις ἁλῷς τοιοῦτον ἐς ἐμὲ P. 24
καὶ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν διαπραττόμενος εἴης. ἐμέ τε γὰρ καὶ
θεὸν ἅμα τὸν τοῦδε κηδόμενον, ἀποδεδειχὼς ἤδη φαυλότατά
σε δὴ διαγενόμενον· ὡς ταύτῃ ἄμεινον ἔχει γενόμενος, ἐφ'
ὑμῖν τὰ τῆς Εὐρώπης πράγματα." "ἀλλ' ἐγώ," ἔφη ἐκεῖνος,
"καὶ θεὸν αὐτὸν παρὰ σοῦ ᾗ ἔχει ὡς ἄριστα διαίνοντα αἰ-
σθόμενος ἥια ἐπὶ σέ, ἐν τοσαύτῃ αἰτίᾳ γενόμενος, ὡς ἄν μοι
ἐπιτηδείως σχοίης ἐφ' οἷς πεπλημμέληταί μοι ἐπὶ σὲ καὶ τὴν
σὴν βασιλείαν." οὕτω δὲ καὶ Ἀμουράτης συνέγνω τε αὐτῷ
τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἐπιπέμπων ἐκέλευε τὸν
παῖδα αὐτοῦ δέχεσθαι· ὃ δὲ ἐποίει τε ᾗ ἐνετείλατο, καὶ τὸν B
παῖδα αὐτίκα προσίετο ἐς Βυζάντιον. Χαρατίνης δὲ τήν τε
Θέρμην παραλαβὼν καὶ τοὺς ξυναφεστῶτας δουλωσάμενος
μέγα εὐδοκίμει παρ' Ἀμουράτῃ, καὶ πρόσθεν μέγας ὢν παρ'
αὐτῷ καὶ μέγιστον δυνάμενος.

3. ἐπισχών τι H 12. γενόμενα ἐφ' ἡμῖν H 14. περὶ? et mox διαιτῶντα? 15. σὲ] δὲ P 19. ᾗ] οἳ P, οἷα H 20. τήνδε P

nerosa indole. cui cum processisset, ut antea consueverat, obviam, primo eum allocutus est. deinde paulisper silentium tenentem, cum eum reprehendisset, renidenti ore sic locutum esse accepimus. "o fili regis, iure quidem convinceris, quod regioni nostrae, antea vestrae, insidiatus sis; et quaecunque feceris, iuste te fecisse compertum habeo. nunc autem cum tibi praeteritorum veniam impertiar, cave deinceps talia adversus me meumque regnum coneris. mihi enim et huius rei curatori deo satis declarasti te pessimum esse factum. itaque ubi melior nunc factus fueris, etiam res Europae sub vobis melius sunt habiturae." "at ego" inquit ille, "sciens deum omnia quam optime agere, ad te veni tot criminibus irretitus, rogaturus veniam eorum quae in te regnumque impie commisi." his dictis veniam dedit Amurates; et ad patrem suum eum remittens, iussit ut filium cum bona gratia susciperet. qui imperata faciens filium illico admittebat Byzantium. Charatines occupata Therma, et defectoribus in servitutem redactis, plurimum gloriae invenit apud Amuratem, cum antea multum, nunc plurimum apud eum polleret.

Λέγεται μὲν περὶ Χαρατίνεω πολλὰ ἄξια λόγου, ὡς ὑποτιθεμένου Ἀμουράτῃ τὰ δέοντα καὶ τὰ πλείω ὑπηρετοῦντος διαπράττεσθαι μεγάλα ἄττα κατά τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην· καὶ λόγοι δὲ αὖτοῦ πρὸς Ἀμουράτην ἀπομνημονεύονται, ἐρίζοντος αὐτῷ περὶ συνέσεως καὶ στρατηγίας. ἐρομένου γὰρ αὐτοῦ λέγεται "Ἀμουράτη ὦ βασιλεῦ, πῶς ἂν δὴ μάλιστα στρατηγῇ, ἕως ἂν βούλοιτό οἱ γενέσθαι, τούτων ῥᾳδίως ἐπιτυγχάνοι;" τὸν δὲ φάναι λέγεται "εὖ τε στοχαζόμενος, καὶ τοὺς στρατιώτας ὡς οἷόν τε μάλιστα εὐεργετῶν." τὸν δὲ ἐπανερέσθαι "καὶ πῶς ἂν δὴ" εἰπόντα "στοχάζοιτο ὀρθῶς;" τὸν δὲ φάναι "εἰ μετρῶν τὰ εἰκότα μὴ σφάλληται περὶ τὰ μέτρα." ἐνταῦθα καγχάσαι λέγεται Χαρατίνην πάνυ μέγα, καὶ ἐπειπεῖν "Ἀμουράτη ὦ βασιλεῦ, σωφρονεῖν ἄριστ' ἂν δοκοίης. πῶς δ' ἂν μετροίη, ἂν μὴ παρὼν ἑκάτερα θεωρῇ, τά τε δέοντα καὶ τἀναντία τούτων, καὶ τῶν μὲν ἀπέχοιτο, τὰ δὲ αὐτῷ μεταδιώκοι ἑλόμενος, φθάνων τε τὸν τούτων καιρόν, τὰ δέοντα," διὰ ταῦτα δὲ ταχυτῆτα αἰνιττόμενος προφέρειν μέγα τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐς τὸ μεγάλα κατεργάζεσθαι, ὡς οὐδὲν ἄλλο πρὸ ταχυτῆτός τε καὶ σπουδῆς τόν γε στρατηγὸν χρῆναι ἐπιτηδεύειν, καὶ πανταχοῦ παραγενόμε-

6. στρατηγός, ὅσα ἂν β.? 15. καὶ add H

Extant enim huius Charatinis plurima memoratu dīgna, ut qui Amurati optima suggesserit consilia; et pleraque egregia opera in Asia Europaque facta huius ex industria provenere. extant viri huius sermones quidam memoratu dignissimi, quos cum rege habuisse fertur, contendens cum eo super illis quae ad prudentiam reique militaris scientiam attinent. nam eum interrogationem instituentem, dixisse memorant "rex Amurates, quo pacto res bellicae administrandae sunt, ut eo quod desideras tuis copiis effici potiare?" regem aiunt respondisse "si singulis occasionibus, ne aufugiant, diligenter fuero intentus; praeterea, si plurimis beneficiis militum animos mihi devinxero." Charatinem subiecisse audio "at qua ratione occasiones non omiseris, praeterea scopum tuae militiae attigeris?" regem intulisse "si animo diligenter verisimilia quae ad scopum spectant pensitaverim; et in istis quae ad scopum faciunt non aberravero." hinc tradunt Charatinem in maximum effusum cachinum dixisse "rex Amurates, plurima sapientia te instructum esse cerno. at quo pacto verisimilia diligenter animo expendas, nisi praesens utraque experimentis cognoveris, quae fieri quaeque non fieri oporteat? haec in consultatione ut respuas, illa ut maxima cura deligas." ista ubi praecesserint, significat etiam requiri celeritatem, quae plurimum momenti ad res praeclare gerendas habet, ut nihil magis ducem quam celeritatem et indefessam curam in agendo et consultando sectari oporteat. praesens esse

νον ὅποι ἂν δέοι πῃ παρεῖναι. ταῦτα μὲν οὖν διειλεγμένους ἀλλήλοις ἀποδείκνυσθαι γνώμας οὐ τοῦ δέοντος ἐλλιπεῖς.

Ἀμουράτης μὲν οὖν διιὼν ἁπανταχῇ ὡς τάχιστα, δέους P. 25
τε ἐπλήρου ἅπαντα καὶ φυλακῆς, Χαρατίνῃ χρώμενος ὑπηρέτῃ τῷ πάντα ἀρίστῳ καὶ ἐς τὸ συλλαμβάνειν αὐτῷ καὶ ὁτιοῦν ξυνεπιλαβέσθαι, καὶ ἐπιτηδείως ἔχοντι ἐς τὰ μάλιστα, καὶ οὐκ ὀλίγα ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ποιησαμένῳ κατὰ τὴν Εὐρώπην. ὑπηγάγετο μὲν οὖν τοσάδε ἔθνη καὶ ἡγεμόνας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐς φόρων τε ἀπαγωγὴν καὶ συνεπομένους αὐτῷ ὅποι ἂν στρατεύοιτο. Ἑλλήνων βασιλεῖς εἶχέ οἱ V. 20
στρατευομένους. Ἐμμανουήλῳ δὲ ἡρέσκετο μάλιστα δὴ ξυμπάντων Ἑλλήνων. εἶχε δὲ καὶ τῶν Μυσῶν βασιλέα, πρὸς δὲ καὶ Δράγασιν τὸν Ζάρκου παῖδα καὶ Μπόγδανον τὸν τὴν Ῥοδόπην κατέχοντα καὶ ἄλλους τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἡγεμόνας καὶ Τριβαλλῶν καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἀλβανῶν. τούτων δὲ ἁπάν- B
των κατεστρατευμένων, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡγεμόνων αὐτῷ συνεπομένων ἐς τοὺς πολέμους ἤλαυνε δὲ τελευτῶν. ὡς μὲν οὖν Ἕλληνες κατεστραμμένοι ἐδεδούλωντο Ἀμουράτῃ τῷ Ὀρχάνεω, καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. καὶ νῦν δὲ τοσάδε ἂν εἴρητο ἐς ὑπόμνησιν ἱκανῶς.

Ἰωάννης γὰρ ἐπείτε κατέσχε τὴν βασιλείαν, συνελάσας

5. τῷ] τὰ? 10. στρατεύοιντο P: corr H 11. δὲ P

negligat, ubicunque sua praesentia opus fuerit. talia cum inter se conferrent sermocinantes, pronuntiarunt sententias, quantum pertinere videtur ad res gerendas, nequaquam inutiles.

Amurates quocunque movisset exercitus, statim metus adversariis oboriebatur. hincque accurate loca sua muniebant. usus est opera Charatinis viri optimi, qui in omnibus quaecunque rex facere aggrediebatur, operam suam locavit indefessam, regique maxima necessitudine devinctus fuit. adiutus ab isto viro non modica fecit, quae tendebant ad subiugandum sibi Europae imperium. tot sibi subegit gentes, tot in Europa duces stipendium pendentes; praeterea Graecorum gentes, quae cogebantur, quocunque terrarum duxisset, Amuratem militantem subsequi. Emanuele prae omnibus Graecis plurimum delectabatur. in Amuratis potestatem devenit rex Mysiorum Drageses, Zarci filius, nec non Pogdanus, qui Rhodopen imperio tenebat. accessere in dicionem et alii Europaei duces, Triballorum videlicet, Graecorum et Albanorum. his omnibus imperio suo admotis, etiam Asianis ducibus stipatus, deinceps quoslibet bello lacessere statuit. Graeci quo pacto ex regno in servitutem ceciderint, iam ante explanavimus. praedicta nunc breviter in memoriam revocare iuvat.

Ioannes ad regni gubernacula evectus Cantacuzenum, antecesso-

Καντακουζηνὸν τὸν πρόσθεν βασιλεύοντα Ἑλλήνων ἐς τὴν Ναζηραίων δίαιταν, ἐνεώρα γε τὰ Τούρκων πράγματα ἐπὶ μέγα χωροῦντα δυνάμεως, ἀπέπλευσεν ἐς Ἰταλίαν. καὶ πρῶ-
C *τα μὲν ἐπὶ Ἐνετοὺς τραπόμενος, ἐπικουρίας μὲν οὐδέν τι ἀξίας λόγου τυχών, ἐδανείσατο χρήματα, ἐν νῷ ἔχων ἐπὶ τὸν Γαλατίας βασιλέα ἀπιέναι. ἀφίκετο μέντοι καὶ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς τῶν πρὸς ἑσπέραν ἡγεμόνας, δεόμενός τε ἐπικουρίας καὶ ἀποπειρώμενος ὡς οἷόν τε μάλιστα αὐτῶν. παριὼν τε ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα κατέλαβε μὲν τὰ οἴκοι αὐτῷ διεφθορότα καὶ πάνυ δὲ ἔχοντα μοχθηρῶς, τυχεῖν οὐδενὸς ὧν ἕνεκα ἀφίκετο ἐπὶ Ἰταλίας. ἐπανὼν δὲ ἐπ' οἴκου, ὡς ἐγένετο κατὰ τοὺς Ἐνετούς, καὶ τὸ δάνειον οὐκ εἶχεν ἀπαιτούμενος ἀποδιδόναι ὃ ἐδανείσατο ἀπιὼν ἐπὶ Γαλατίαν, κατεσχέθη τε αὐτοῦ ὑπὸ Ἐνετῶν, οὐ μεθιεμένων αὐτὸν ἀποπλεῖν οἴκαδε, ἄχρις ἂν μὴ ἐκτίσῃ τὸ χρέος τοῖς δανεισταῖς. ὁ δὲ*
D *ἐν ἀπορίᾳ γενόμενος, ἐπιπέμπων ἐς Βυζάντιον παρὰ Ἀνδρόνικον τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐπιτετραμμένον τὴν βασιλείαν, ἠξίου χρήματα ἐξευρόντα ἀπό τε τῶν ἱερῶν κειμηλίων καὶ ἄλλων τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν πέμψαι οἱ ἱκανὰ ἀπολῦσαι αὐτόν, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἐν φυλακῇ ὄντα πάνυ πολὺν διατρίβειν χρόνον. ὁ μὲν οὖν Ἀνδρόνικος ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιεῖτο τὰ ἐπεσταλμένα αὐτῷ, οἷα περὶ τὴν βασιλείαν μαλακιζόμενος καὶ*

2. τε? 8. αὐτῷ P: corr H 10. ὡς τυχεῖν?

rem suum, Nazaraeum sive monachum fieri compulit. deinde cum animadverteret res Turcorum incredibili augeri successu, navigavit in Italiam. primo adiit Venetos, oraturus auxilium. ubi cum parum auxilii esset consecutus, accepta a foeneratoribus magna pecuniae vi decrevit ad Galliae abire regem. nec omisit reliquos Occidentis principes, quos omnes quam maxime solicitabat ad auxilium ferendum. cum venisset ad Gallorum regem, etiam huius res bello et seditione agitari cernit et admodum adversa uti fortuna. nec interim quicquam auxilii in Italia tulit. reditum maturans, cum venisset Venetias, non potuit usuras eius sortis exolvere quam a foeneratoribus mutuo acceperat. profecturus inde in Galatiam retentus est a Venetis, non sinentibus eum pedem usquam ferre, donec satisfecisset creditoribus. his rebus anxius misit Byzantium ad Andronicum filium, cui regnum commiserat, rogans ut pecuniam compararet tam ex ecclesiasticis quam ex reliquis regni thesauris; quam deinde ad se mitteret, ut se a creditoribus redimere posset: nec se negligeret iam longo tempore in carcere agentem. Andronicus his cognitis parum animum intendebat, cum nimis regno gauderet patremque despiceret. attamen ei

τῷ πατρὶ οὐ πάνυ τι ἀρεσκόμενος. ἐπιστέλλων ἔφασκε μήτε τοὺς Ἕλληνας ἐπιτρέπειν αὐτῷ χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς, μήτε αὐτὸν ἄλλοθέν ποθεν οἷόν τ' εἶναι χρήματα ἐξευρεῖν, ἐκέλευέ P. 26 τε ἄλλῃ τραπόμενον μὴ διαμέλλειν κήδεσθαι ἑαυτοῦ, ὅπως ἂν ἀπολύοιτο τοῦ χρέους. Ἐμμανουῆλος δὲ ὁ νεώτερος βασιλέως παῖς, πυνθανόμενος οἳ ἀνάγκης ἀφίκετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ βασιλεὺς ὑπὸ Ἐνετῶν, εὑρὼν χρήματα καὶ πορισάμενος ὅσα ἠδύνατο, ὅτι τάχιστα ἐπέβη νηός, καὶ διαπλέων ἐς τὴν Ἐνετῶν πόλιν ἀφίκετο, τά τε χρήματα φέρων ἀπέδωκε τῷ πατρί, ὅσα ἐπορίσατο κατὰ τὴν Θέρμην, ἣν τινα ἐπετέτραπτο καὶ καταλέλειπτο ἐπιτροπεύειν. καὶ ἑαυτὸν δὲ ἄγων παρείχετο χρῆσθαι τῷ πατρί, ὅ τι ἂν βούλοιτο. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ψκειῶσθαι Ἐμμανουῆλον τῷ πατρὶ ἐς τὰ μάλιστα συνήθη B ἦπα, Ἀνδρόνικον δὲ ἀπεχθάνεσθαι τὸ ἐντεῦθεν μεγάλως· καὶ τὸ μέγα δὲ ἔχθος ἀρξάμενον ἀπὸ τούτου ξυμβῆναι ἀλλήλοις, τά τε ἄλλα σφίσι καὶ ἐς τὴν βασιλείαν διαφερομένοις. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Ἑλλήνων, οἷς ἧκε φέρων χρήμασιν Ἐμμανουῆλος, τὰ χρέα τε ἀπελύετο πρὸς τοὺς Ἐνετούς, καὶ ἐπὶ Βυζάντιον ἐπανιὼν διεπρεσβεύετο πρὸς βασιλέα Ἀμουράτη, πέμπων τόνδε τὸν παῖδα αὐτοῦ τὸν νεώτερον ἐπὶ τὰς θύρας V. 21 αὐτοῦ. ἠξίου τε αὐτὸν ὡς οἷόν τε μάλιστα θεραπεύειν καὶ συστρατεύεσθαι ὅποι ἂν κελεύοι, καὶ προσέχειν τε αὐτῷ τὴν

6. οἳ] οἷας P 22. προσεῖχον P

nuntiari iubet Graecos nolle concedere ut sacros thesauros diripiat; nec se aliunde tantam pecuniae vim corradere posse. proinde si se ipsum negligere nolit, alio se vertat ad pecuniam parandam, quo se liberare nexu possit. Emanuel filius regis iunior, cum audivisset in quantam necessitatem pater suus rex a Venetis esset adactus, collecta et exacta quam maxima pecuniae vi navem conscendit, summaque celeritate usus venit Venetias. pecuniam omnem, quam exegerat Thermae, cui urbi regendae praefectus erat, patri obtulit. praeterea se ipsum quoque patri tradidit, ut se pro arbitrio uteretur. hoc factum Emanuelem patri et carissimum et familiarissimum reddidit: at alterum filium, nempe Andronicum, incitatissimo exinde odio persequebatur. quod cum hinc originem sumpsisset, pertinacius inhaesit utrisque, dum inter se dissiderent, inter caetera etiam propter regnum. rex Graecorum ea pecunia, quam Emanuel advexerat, creditoribus Venetis satisfecit. reversusque Byzantium (1370) misit legationem ad regem Amuratem; praeterea filium suum in ianuis regis stipendia facere iussit. Amurates imperavit Ioanni ut se quam maxima fide coleret, nec suam militiam, quocunque bellum verteret, detrectaret. Ioannes diligenter animum intendit, ne deinceps quid

γνώμην, ὥστε φυλάττεσθαι ἐπιεικῶς μηδ' ὁτιοῦν ἐς τὸν βα-
C σιλέα τοῦ λοιποῦ ἐξαμαρτεῖν. ὕστερον μέντοι Θεόδωρον τὸν
παῖδα αὐτοῦ ἐπιπέμπων ἐς Πελοπόννησον τελευτησάντων τῶν
τοῦ Καντακουζηνοῦ παίδων ἐν τῇ Σπάρτῃ, ἐγένειο ἐν τῇ
Θέρμῃ σὺν τῷ ἀδελφῷ Ἐμμανουήλῳ, καὶ αὐτόν τε τῆς Μα- 5
κεδονίας καὶ Θετταλίας ἡγεμόνα. ἀφικόμενοι ἐς λόγους ἀπό-
στασιν ἐβουλεύοντο ἀπὸ Ἀμουράτεω βασιλέως, τὸν μὲν οἴ-
χεσθαι ἀπιόντα ἐπὶ Βυζαντίου μεταπεμπομένου αὐτὸν τοῦ
πατρὸς ἐπὶ τὴν βασιλείαν, τὸν δὲ εἰσελθεῖν ἐς τὴν Πελοπόν-
νησον καὶ ἐπιτροπεύειν τὰ κατ' αὐτήν, ᾗ ἐδύνατο κράτιστα 1
καὶ ᾗ ἐδόκει αὐτῷ ἔξειν ὡς ἀσφαλέστατα. ταῦτα μὲν οὖν
ξυνηνέχθη πρὶν ἢ Ἀνδρόνικον τὸν παῖδα βασιλέως ἀφιστά-
μενον σὺν τῷ Ἀμουράτεω παιδὶ τῷ Σαουζῇ ἐξενέγκαι πόλε-
D μον ἄμφω τῷ Ἀμουράτῃ κατὰ ταῦτα. ὕστερον μέντοι καὶ
τὰ ὑπὸ Ἐμμανουήλου ἐς νεωτερισμὸν πρασσόμενα ἀνάπυστα 1
ἐγένετο βασιλεῖ, καὶ τήν τε Θέρμην καὶ τὰ ταύτης χωρία
Χαρατίνης ἀφείλετο αὐτόν. καὶ ὕστερον ἀπαγορεύοντος τοῦ
πατρὸς μὴ ἐπιβῆναι τῆς χώρας αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ Λέσβον
ἀφικόμενον περιδεῆ γενόμενον τὸν Λέσβου ἡγεμόνα προαγο-
ρεύειν ἀπαλλάττεσθαι ἐκ τῆς χώρας αὐτοῦ. κατασχεῖν τριήρη 2
ἐς Τροίαν διαβάντα ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ μισθωσάμενον ἵππους
ἀφικέσθαι ἐς Προῦσαν παρὰ βασιλέα Ἀμουράτην.

1. ἐς om P 8. ἐπιόντα P: corr H 19. προσαγορεύειν P

delinqueret, quo incurreret in offensam regis. postea filium suum Theodorum misit in Peloponnesum, defunctis Cantacuzeni filiis; qui mansit apud Emanuelem fratrem suum, Thermae praefectum. cui cum in colloquium venisset Macedoniae et Thessaliae dux, defectionem consiliis habitis moliebantur ab rege Amurate. alter filius rediit Byzantium, accersitus a patre ad regnum. ipse autem ingressus Peloponnesum eius loca defendit quam optime. quae omnia ita munivit ut sibi videbantur quam maxime tuta futura. haec quae modo recensuimus, evenere priusquam Andronicus una cum Sauzo deficerent ab Amurate, amboque contra patres suos arma caperent. postmodum comperit Amurates etiam Emanuelem novarum rerum cupidum defectionem animo agitare; quem tandem Therma oppido suaque dignitate spoliavit Charatines. deinde cum pater edixisset ne Emanuel suam intraret regionem, maturata fuga venit in Lesbum. cuius adventus cum terrorem maximum iniecisset duci insulam gubernanti, sua regione Emanuelem excedere iussit. qui cum incidisset in triremem solventem Troiam, transvectus est in Asiam. ibi conductis mercede equis profectus est Prusam ad regem Amuratem.

Digitized by Google

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐστρατεύετο ἐπὶ Τριβαλλοὺς καὶ ἐπὶ Ἐλεάζαρον τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα, πρός τε τοὺς Παίονας P. 27
τεταραμμένον καὶ ἐξοτρύνοντα ἐκείνους στρατεύεσθαι ἐπ' αὐτόν. ὁ μὲν οὖν Ἐλεάζαρος ὡς ἐπύθετο Ἀμουράτην ἐπιέναι
ἐπ' αὐτόν, παρεσκεύάζετο στρατιὰν συναγείρων ἥ ἐδύνατο μεγίστην, καὶ ἧ ἐδύνατο κράτιστα ἀμυνόμενος. Ἐλεάζαρος δὲ
θυγατέρας ἔχων ἐπὶ μὲν τῇ μιᾷ τούτων Σούσμανον τῶν Ὀδρυσῶν βασιλέα κηδεστὴν ἐποιήσατο, ἐπὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ Βοῦλκον
τὸν τοῦ Βράγγου τοῦ Πλαδίκεω υἱόν, Καστορίας τε καὶ
Ὀχρίδος τῆς ἐν Μακεδονίᾳ ἡγεμόνος. ἐπικτησάμενος δὲ μετὰ
ταῦτα τὴν ἐν Μακεδονίᾳ χώραν Νικόλεω τοῦ ζουπάνου ἐπὶ
τῇ τελευτῇ Οὔγγλεσί τε καὶ Κράλεω τῶν ἡγεμόνων, τό τε
Πρίστινον καὶ Νήστεαν οὕτω καλουμένην χώραν ὑπαγόμενον B
ἄχρι ποταμοῦ Ἰλλυριῶν, Σάβα δὲ τὰ νῦν καλουμένου, προε-
ληλυθέναι. ἐπὶ τοῦτον ὡς ἐστρατεύετο Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνω, κατέλαβε στρατοπεδευόμενον ἐν πεδίῳ Κοσόβῳ οὕτω καλουμένῳ τῆς Πριστίνου χώρας. καὶ ὡς ἐνταῦθα παρῆν, ἐς πόλεμον παρετάσσετο, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὼ παῖδε ἀμφοτέρω, Παιαζήτην τε καὶ Ἰαγούπην. τὸ δὲ ἐντεῦθεν Τοῦρκοι μὲν
οὖν φασὶν Ἀμουράτην μαχεσάμενόν γε καὶ τρεψάμενον τοὺς
περὶ Ἐλεάζαρον διώκειν ἀνὰ κράτος, διώκοντα καταλαβεῖν
ἄνδρα Τριβαλλόν, καὶ ἐπικαταβάντα· τὸν δὲ ἐπιστρέψαντα

3. *ἐξοτρύνοντας* P: corr H 5. *συνεγείρων* P 21. *καταβαλεῖν* H

Tandem (1389) Amurates bellum Triballis intulit ipsorumque duci Eleazaro, qui ad Pannonios se contulerat, eosque incitabat ut contra Amuratem arma arriperent. Eleazarus ut rescivit Amuratem adversum sese cum exercitu pergere, contraxit copias quam potuit maximas, ut resisteret hosti adeunti quam acerrime. Elazarus cum haberet filias, una Susmano Odrysiorum sive Moldavorum regi in matrimonium collocata eum sibi generum paravit. alteram connubio iunxit Bulco Branci, qui fuit Pladicae filius, regenti Castoriam et Ochridem Macedoniae regionem, quam antea Nicolaus Zopani filius tenuerat. mortuis autem ducibus Unglese et Chrale, Pristinum et Nisteam, sic dictam regionem, subigens usque ad flumen quod Savum nominant progressus est. adversus hunc cum exercitum ductaret Amurates, missis exploratoribus cognovit eum insedisse cum exercitu campum cui Cosobo nomen erat. ibidem Amuratis contubernio militabant filii duo, Paiazites et Iagupes. Turci ferunt Amuratem ibi praeliantem Eleazarum fugam facere coegisse. quem cum insequeretur quam velocissime, incidit in virum Triballum, in quem arma vertit. hic cum foret pedes, conversus iaculo transfixit Amuratis prae-

πεζῇ ἀκοντίσαι κατὰ τοῦ στήθους, καὶ οὕτω ἀνελεῖν βασιλέα
C Ἀμουράτην. Ἕλληνες δὲ οὔ φασι μαχεσάμενον καὶ ἐπεξελ-
θόντα, ὡς ἐτρέψατο τοὺς ἐναντίους, ἀποθανεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ
παρατάξει ἔτι μένοντος αὐτοῦ λέγουσιν ἄνδρα γενναιότατον
ἐθελῆσαι ἑκόντα ὑποστῆναι ἀγῶνα κάλλιστον δὴ τῶν πώποτε 5
γενομένων. τοὔνομα δὲ εἶναι τἀνδρὶ τῷδε Μήλοϊν. τοῦτον
δὴ τὸν Μήλοϊν φασίν, αἰτησάμενον ὅσα ἐβούλετό οἱ γενέσθαι
ὑπὸ Ἐλεαζάρου τοῦ ἡγεμόνος, ὡπλισμένον ἐλαύνειν σὺν τῷ
V. 22 ἵππῳ ἐπὶ τὸ Ἀμουράτεω στρατόπεδον, ὡς ἂν αὐτομολοῦντα
ἀπὸ τῶν ἐναντίων. Ἀμουράτην δὲ λέγουσιν, ἐλπίζοντα αὐτο- 10
μολεῖν παρ' ἑαυτὸν τὸν ἄνδρα, κελεύειν ὑποχωρεῖν αὐτῷ ἐπι-
D τρέπειν, ὥστε ἐλθόντα ἐπειπεῖν ὅ τι ἂν βούλοιτο. γενομένου
δὲ ἀγχοῦ τῶν θυρῶν βασιλέως ᾗ ἔμενε, παραταξάμενος ἄρα-
σθαι τὸ δόρυ, καὶ ἐπιόντα ὁρμήσασθαι ὁρμὴν πασῶν δὴ
καλλίστην ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, καὶ ἀνελόντα βασιλέα Ἀμουράτην 15
αὐτόν τε ἅμα αὐτοῦ ἀποθανεῖν γενναιότατα. Ἕλληνες μὲν
οὖν οὕτω λέγουσι γενέσθαι, Τοῦρκοι δὲ ἐπεξερχόμενον μετὰ
τὴν νίκην ἀποθανεῖν ὑπ' ἀνδρὸς Τριβαλλοῦ. ἐτελεύτησε δὲ
Ἀμουράτης ἐνταῦθα ἐν Κοσόβῳ. καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ
ἀπήγαγον ἐς Προύσην, ἐν ᾗ οἱ πρώην τάφοι τῶν Ὀτουμανί- 20
δων πλὴν Σουλαϊμάνεω ἀποκεκλήρωνται, τὰ δὲ ἐντόσθια
Ἀμουράτεω ἐν πεδίῳ τῷ Κοσόβῳ κείμενα ἐν τάφῳ αὐτοῦ
βασιλικῷ.

7. αἰτησόμενον P. 11. αὐτῷ καὶ ἐπ.? 12. ἐλθόντι RT

cordia; quo vulnere mortuus est. at Graeci a Turcis, quantum ad Amuratis mortem attinet, dissentiunt. aiunt enim eum non praeliantem nec hostes fugatos persequentem interciditse: verum cum adhuc staret in acie, virum quendam generosissimum, nomine Miloen, voluisse certamen omnium quae unquam fuere pulcherrimum subire. hic, si sibi Eleazarus potestatem faceret eorum quae petiisset, pollicebatur se armatum profecturum ad Amuratem ut transfugam. Amurates cum illum ut transfugam ad se adventare crederet, iussit viro cenfestim cederent, quo quid vellet tuto eloqueretur. cum penetrasset quam proxime ad regis ianuas, offendit regem stantem in acie, ad praelium accinctum. hastam igitur accipiens aggreditur longe pulcherrimum, quod scimus, facinus. Amuratem enim regem interficit, nec non ipse ibidem fortiter inter hostes praelians occubuit. haec est Graecorum de obitu Amuratis sententia. at Turci aliter sentiunt, videlicet eum persequentem hostes, parta iam victoria, a viro Triballo esse peremptum. Amurates quidem mortem obiit, ut explanavimus, in Cosobo campo. huius corpus abduxerunt Prusam, ubi sepultura erat omnium regum Otomanidarum, praeterquam Sulaimanis. intestina autem regio more sepeliverunt in Cosobo campo.

Ἐτελεύτησε δὲ βασιλεύσας ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, P. 28
ὑπ' ἀνδρὸς Τριβαλλοῦ, τελευτὴν οὐ κατὰ βασιλέα τοσαῦτα
δὲ ἔτη διαπολεμοῦντα καὶ ἔργα μεγάλα ἀποδειξάμενον, ὃς
τοὺς μεγάλους ἐν τῇ Ἀσίᾳ πολέμους καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ δια-
πολεμήσας ἓξ καὶ τριάκοντα, ἐς τοσοῦτον αὐτῷ μετῆν τύχης
τε ἅμα καὶ ἀρετῆς ὥστε μηδέποτε ἡττηθῆναι ἐν μάχῃ, δύ-
ναμιν δὲ καὶ χώραν ἀξιόχρεων ὑπαγόμενος, κατ' ἄμφω δὲ
τὼ ἠπείρω, ἐς γῆρας ἤδη βαθὺ ἀφικόμενος μὴ μεθίεσθαι
τῶν πολεμίων μάχης, ἀλλ' ἀεὶ λυττῶντι ἐοικέναι ἐπὶ τὴν μά-
χην, ἄπληστον δὲ αἱμάτων γενόμενον ἀπανταχῇ. ἦν δὲ αὐτῷ
παῦλα τῶν πολεμίων ἡ τῶν κυνηγεσίων ἄγρα, μελέτη τε ἅμα B
καὶ τριβή. καθῆστο δὲ οὐδαμῇ οὐδέποτε, ἀλλ' ὁπότε μὴ μά-
χοιτο, κυνηγῶν διετέλει. πλεῖστα δὲ ἐς τοῦτο τῶν πρὸ αὐ-
τοῦ βασιλέων δόξαντος αὐτοῦ ἐνευδοκιμεῖν, σπουδήν τε ἅμα
καὶ ταχυτῆτα ἐνδεικνύμενος οὐδαμῇ ἐλάσσονα ἐπὶ γήρως ἢ
ἐπὶ νεότητος. ἦν δὲ πρὸ πολλῶν ἐπιφανῶν ἡγεμόνων τε καὶ
βασιλέων, καὶ πάντῃ ἀοκνότατός τε καὶ σπουδαιότατος ἐς
πάντα. πάντων δὲ ἐφαπτόμενος οὐδ' ὁτιοῦν παρίει ὑπόλοι-
πον τῶν πράττεσθαι δεομένων. καὶ ἐπὶ φόνον ἐλάσαι μέγι-
στον δὴ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἀκοῇ παρειλήφαμεν, λόγου
μέντοι ἐπιεικείᾳ χρώμενον ἐς τὰ μάλιστα προσφέρεσθαι τοῖς C
τε ὑπὸ χεῖρα αὐτοῦ καὶ τοῖς ἡγεμόνων παισὶν ὡς μετριώ-

1. τριάκοντα H 3. τε?

Mortuus est, cum regno praefuisset annis quinquaginta septem, vitaeque exitum habuit interfectus a Triballo, non qui regem decebat talem, qui tot annis bella gessisset multaque et praeclara opera fecisset; praeterea qui magna bella in Europa Asiaque numero triginta septem confecisset, tali usus et virtute fortunaque ut in nullo victus succubuisset. adhaec magnam potentiam regionemque plurimam in utraque continente sibi paravit, cum ad multam iam processisset aetatem. nunquam cupidine rerum sed rabie trahebatur ad praelium, nec unquam cruore saturari potuit. quando otium ab hoste erat, venationi indulgebat. studiis et tranquillitati se nunquam dabat: verum cum nullus foret hostis, venationi incumbebat, cuius peritia antecessores suos longe excellebat. diligentiam et celeritatem in rebus gerendis non minorem senex quam iuvenis ostendebat. promptitudine et alacritate indefessa plurimos illustres duces et reges in rebus gerendis anteibat. omnia sic aggrediebatur, ut nihil eorum quae necessaria forent negligentibus omitteret. maiorem hominum caedem fecit quam omnes sui antecessores. subditos maxima regebat sermonum aequitate et comitate. ducum filiis conversabatur quam moderatissime. expeditissimus fuit ad honorandum et compel-

τατα. καὶ τιμῆσαι δὲ ἄνδρα ἕκαστον καὶ προσειπεῖν ἑτοιμότατος, καὶ τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ἐξοτρῦναι εἰς μάχην δεινότατος, χρῆσθαι τοῖς τε πράγμασι δεινὸς ἁπανταχῇ γενόμενος ἦν, ἥ φασίν, ὁπότε ἴοιτο ἐπὶ μάχην, χαρίεις τε ἰδεῖν καὶ ἐπιεικέστατος εἰς τὸ διαλέγεσθαι. καὶ τὸν μὲν ὁτιοῦν ἐξαμαρτόντα ἐτιμωρεῖτο ἀφειδέστατα, καὶ προσδιαλέγεσθαι μετριώτατος. ἐμπεδοῦν λέγεται τὸν ὅρκον αὐτοῦ μάλιστα δὴ τῶν τοῦ γένους τούτου βασιλέων. καὶ πολλοὺς διὰ ταῦτα αὐτίκα ἴεσθαι ἐς αὐτὸν θαρροῦντας, μηδ' ὁτιοῦν οἰομένους πείσεσθαι
D χαλεπόν, πρὶν ἢ ἐς χεῖρας αὐτοῦ ἐλθόντας διαπειρᾶσθαι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. καὶ τόν γε μέγα φρονοῦντα καὶ αὐθαδέστερον αὐτῷ προσφερόμενον τῶν γε ἐς αὐτὸν ὁτιοῦν πεπλημμεληκότων μηκέτι χαίροντα ἀπαλλάττεσθαι. φοβερώτατον δὲ γενόμενον τοῖς ὑφ' αὑτῷ φιλεῖσθαι μάλιστα δὴ ἡγεμόνων ἐπυθόμεθα αὐτόν, ὥστε μηδὲ κακῶς οἴεσθαι ὡς ἦν ἐπὶ τόνδε τὸν ἄνδρα ἐστρατεύετο Τεμήρης ὁ βασιλεύς, μὴ ἂν οὕτω
V. 23 φαυλότατα θέσθαι τὸν πόλεμον, ἀλλ' ἢ μαχεσάμενον περιφανῶς μὴ περιγενόμενον τοῦ Τεμήρεω μὴ μέντοι μηδὲ ἡττη-
P. 29 θῆναι, ἑλομένῳ χώραν ἐς τὸ διαμαχέσασθαι καθ' ἣν ἂν μὴ ἡττῶντο ῥᾳδίως, ἢ μὴ μαχεσάμενον μεγάλα ἂν βλάψαι τὸν Τεμήρεω βασιλέως στρατὸν ἐπιιόμενον αὐτῷ καὶ ἐπιτιθέμενον, ἢ αὐτῷ προχωροίη.

7. δὲ P 14. δὲ P

landum virum quemlibet. maxima vi praeditus fuit ad cohortandos militum animos, si praelium ineundum fuerat. maxima erat eius in rebus gerendis vehementia, adeo ut semper, quando manus conserererentur, ubique praesto esset. aspectu non torvus verum mitis erat, sermoneque blandissimus. peccanti nullam delictorum concedebat impunitatem, verum eum meritis subiiciebat poenis. sermonis erat parcissimus. confirmasse fertur prae reliquis generis sui regibus iusiurandum. hinc cum plurimi contra ipsum audacissime insurgerent, existimasse nihil periculi accepturos; quod tamen cognita eius potentia secus accidit. eum qui se magnifice efferebat et ob id contumacius resisteret, praeterea eum qui aliquid in ipsum deliquisset, nequaquam laetitia ebrium dimisit. cum foret suis vel maxime metuendus, attamen certum est eum plus favoris quam reliquos duces omnes apud suos obtinuisse. ne quis igitur persuadeat quod hic vir, si armis appetitus fuisset a Temire, pessime istud bellum administrasset. pugnasset etenim fortiter, et si non victor, non tamen victus isto ex praelio excessisset: pugnae enim locum elegisset opportunum, in quo non facile vinci potuisset. Temiris autem exercitum hostiliter accedentem, ut ferro, ubicunque occasio se dedisset, decerneret, gravissima clade affecisset.

Ὡς μὲν οὖν ἐτελεύτησεν Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω, αὐτίκα οἱ ἐν ταῖς Θύραις ὄντες τοῦ Ἀμουράτεω ἁρμοσταὶ Παιαζήτην τὸν νεώτερον αὐτοῦ παῖδα κατεστήσαντο βασιλέα.

Defuncto Amurate, Orchanis filio, regii satrapae, qui ianuis praeerant, Paiaziten, Amuratis filium iuniorem, in imperio magno consensu collocant.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΑ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER SECUNDUS.

P. 30 V. 24 1389 Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησεν Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω ὑπ' ἀνδρὸς Τριβαλλοῦ, αὐτίκα οἱ ἐν ταῖς θύραις ὄντες τοῦ Ἀμουράτεω ἁρμοσταὶ Παιαζήτην τὸν νεώτερον αὐτοῦ παῖδα ἐστήσαντο βασιλέα. ὁ δὲ αὐτίκα, ὡς ἔσχε τὴν βασιλείαν, μεταπεμπτὸν Ἰαγούπην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐποιήσατο ὡς ὑπὸ τοῦ πατρὸς καλούμενον τοῦ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὰς βασιλείους θύρας, φοιτῶντα καὶ πρόσθεν ὁπότε καλοῖτο. οὐδ' ὁτιοῦν δὲ τῶν πραχθέντων ἐπιστάμενος ἀφίκετο καλούμενος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὡς

Postquam mortem obiit Amurates Orchanis filius, peremptus a viro Triballo, statim satrapae, qui regebant ianuas regis, Paiaziten Amuratis filium iuniorem pronuntiant regem. hic ubi primum in regno est positus, accersivit Iagupen (nostri Soleimannum vocant) fratrem, quasi vocaretur a patre Amurate; ad quem quocunque tempore vocabatur, promptissime ad ianuas (sic aulam Turci vocant) accedere consueverat. rerum itaque omnium quae parabantur iguarus in ia-

ἐγένετο παρ' αὐτῷ, συνελήφθη καὶ ἐτελεύτησε. καὶ ἐχρήσατο ᾗ νομίζεται τοῖς τοῦ γένους τοῦδε βασιλεῦσιν ἐς τοὺς ἀδελ- P. 31
φοὺς ποιεῖν, ὡς ἀγχόνῃ δέοι τελευτᾶν τὸν βίον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οὐ σιδήρῳ νενόμισται.

Ὡς μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ τῷδε ἐξείργαστο τὰ ἐς τὸν ἀδελφὸν καὶ ἐβασίλευε, παρετάξατό τε αὐτίκα ἐς μάχην, καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατό τε τοὺς Τριβαλλούς. καὶ ἐν τῇδε τῇ μάχῃ πολλά τε ἀπεγένετο τοῦ στρατεύματος. ὡς γὰρ οἱ Τοῦρκοι ἐτρέψαντο, ἐπεξῆλθον διώκοντες ἀνὰ κράτος, καὶ διέφθειρον τοὺς Τριβαλλούς, ἱππεύειν τε ὄντες ἐκείνων ἀμείνους καὶ ἵππους πολὺ βελτίους ἔχοντες, ὥστε καταλαμβάνειν τοὺς φεύγοντας. ᾗ μὲν οὖν ὑπ' Ἑλλήνων λέγεται, ταύτῃ ἐγένετο· ὡς δὲ αὐτοὶ Τοῦρκοι φασίν, οὐ Παιαζήτεω γενέσθαι τὴν νίκην B
τήνδε, ἀλλ' ἀπὸ Ἀμουράτεω τήν τε μάχην γενέσθαι καὶ νίκην ἐκείνου, καὶ Ἐλεάζαρον τὸν ἡγεμόνα [ἐκείνου] ὑπ' ἐκείνῳ στρατηγοῦντι ἀποθανεῖν ἐν τῇ μάχῃ. Τοῦρκοι μὲν δὴ οὕτω λέγουσι γενέσθαι, οὐκ ἔχω δὲ συμβαλέσθαι ὡς ἐν τῇ παρατάξει ἐν βραχεῖ τινὶ χρόνῳ τόν τε ἀδελφὸν ἀνεῖλε καὶ ἐς μάχην καθίστατο αὐτίκα, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἁράμενος τὸ δόρυ ἕλοι τε ἐπὶ τὸν βασιλέα καὶ ἔξίει διαχρήσασθαι μηδενὸς αὐ-

1. αὐτῶν P: corr H 3. δέ οἱ T

nuas vocatus venire haud supersedit. venienti Paiazites manus violentas iniici atque necari iubet fratrem. at interfectus est secundum eum morem quem Turcorum reges in trucidandis fratribus observare solent. haud enim ferro obtruncatus, verum laqueo praefocatus est, quemadmodum tenet regum illorum consuetudo.

Rex cum in hunc modum fratrem perdidisset regnumque sibi stabilivisset, illico copias in aciem eduxit, commissoque praelio Triballos in fugam coniecit. isto in praelio quam longissime ab exercitu in hostes evectus est. Turci enim fugatis hostibus insecuti sunt fortissime, Triballosque, quos equitandi peritia antecedebant, neci dederunt. nam equi Turcorum multo praestantiores erant equis Triballorum: proinde fugientes facile indipiscebantur. si Graecis fides habenda est, dicemus ea quae modo tradidimus, isto pacto contigisse. Turcorum autem alia super his est sententia. nam perhibent istam victoriam non adscribendam esse Paiaziti, verum Amurati, cuius ductu praelium istud sit factum; eademque victoria evenerit, cum ipse Eleazarum Triballorum ducem in ea pugna trucidaverit. Turci in hunc modum, quantum ad istud praelium attinet, sentiunt. at ego coniecturam facere nequeo, quomodo in acie, brevi admodum tempore interiecto, fratrem necaverit, et deinde in praelium illico redierit. praeterea dubito quomodo Triballus arripuerit hastam regemque nisus sit perdere,

τῷ ἐμποδὼν γενομένου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴτω ὅπῃ ἑκάστῳ
C προσφιλὲς ἡγεῖσθαι περὶ αὐτῶν· ἐπεὶ δὲ Παιαζήτης παρέ-
V. 25 λαβε τὴν βασιλείαν, καὶ τῇ ἐς τοὺς ἐναντίους νίκῃ ἐχρήσατο
περιφανεῖ, πολλῶν τε καὶ αὐτοῦ ἀποθανόντων ἐν τῇ μάχῃ
καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἡγεμόνος, ἐπέδραμέ τε σύμπασαν τὴν
Τριβαλλῶν χώραν. καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ὑφ' αὑτῷ ποιη-
σάμενος, καθίστησι τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτῷ ᾗ ᾤετο ξυνοίσεσθαι
ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ Ἕλλησι σπονδὰς ἐποιήσατο. καὶ τοῖς
περὶ Μακεδονίαν ἡγεμόσιν εἰρήνην ποιησάμενος τὴν Σκοπίων
ᾤκισε πόλιν, παμπόλλους τῶν Τούρκων ἀπό τε τῆς Εὐρώπης
καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἀγαγὼν σὺν γυναιξί τε ἅμα καὶ παισί.
D ταῦτα δὲ ἐποίει, ὡς ἔχοι ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενος ἄγειν καὶ
φέρειν τὰ Ἰλλυριῶν πράγματα. ἐπέδραμε μὲν οὖν καὶ τὴν
Ἰλλυριῶν χώραν, καὶ πολίσματα ἄττα ἑλὼν ἠνδραποδίσατο,
καὶ τήν τε Ἀλβανῶν χώραν ἐπιπέμψας στράτευμα ἐληίζετο
ἔστε ἐπὶ τὴν ἐς τὸ Ἰόνιον παράλιον χώραν, καὶ τὴν περὶ
Ἐπίδαμνον.

Καὶ Ἕλληνες μὲν αὐτῷ ἐφείποντο στρατευόμενοι ἅμα
ὅπῃ ἂν ἐλάυνοι, ὅ τε Ἰωάννου τοῦ βασιλέως Ἑλλήνων παῖς
Ἐμμανουῆλος, καὶ Ἀνδρονίκου τοῦ πρεσβυτέρου παῖς Ἰωάν-
νης. τούτους γὰρ ὡς τῷ ὀφθαλμῷ ὄξει ζέοντι περιέχει, πα-
P. 32 ρείχετο αὐτοῖς τὴν δίαιταν ἀμφοῖν. οὗτοι δ' ὡς ἔγνωσαν

1. γενομένῳ P: corr H 12. ἔχοιεν P 13. ἀπέδραμε P: corr H

nullo prohibente. verum cuilibet suum sit hac de re liberum iudicium. postquam Paiazites regni gubernacula suscepit, victoriamque illustrem devictis hostibus est adeptus, nec paucis interim suorum amissis insuper Triballorum ducem in acie peremit, non socordiae se corrumpendum dedit, verum praedabundus universam peragravit Triballorum regionem. captisque mancipiis plurimis regno suo eam formam induxit, quae sibi optima et commodissima videbatur. Graecos sibi foedere iunxit. pace cum Macedoniae ducibus inita, in Scopiorum urbem coloniam duxit, deductis eo plurimis ab Europa Asiaque Turcis cum uxoribus et liberis. hoc autem ideo facere aggressus est, ut hinc profectus res Illyricorum agere et ferre tuto posset. incursionem fecit in Illyriorum regionem, captaque oppidula penitus diripuit. exercitum misit in Albanorum regionem maritimam versus Ionium et Epidamno finitimam, praedasque ex ea egit.

Graeci sequebantur armati, quocunque exercitum ipse movisset, excepto Emanuele Ioannis Graecorum regis filio, necnon Ioanne senioris Andronici filio. his enim cum ferventi aceto eorum oculos eruisset, domi victum praebuit Byzantius rex. qui cum cognovissent

ὁρῶντες ἐπὶ σφίσιν αὐτοῖς, καὶ ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν ἐπὶ τὸ ἄμεινον διακέοιτο χρόνου ἐπιγενομένου σφίσι, τῇ τε γυναικὶ καὶ ἀλλήλοις ἐς λόγους ἀφικόμενοι, καί τινων ἄλλων ἐς τὴν ἐσήγησιν ταύτην ἐξηγουμένων καὶ συνεπιλαβομένων, ἀπέδρασαν ἐς τὴν καταντικρὺ Βυζαντίου πόλιν Γαλατᾶ τῶν Ἰανουΐων. ἐντεῦθεν δὲ ἀφίκοντο παρὰ βασιλέα Παιαζήτην, καὶ ἀφικόμενοι ἠξίουν σφίσιν ἐπικουρίαν δοθῆναι ὡς ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν πόλιν ἐλαύνειν, καὶ ἐδέοντο κατάγειν σφᾶς. ἔλεγε δ' ἐς ὄψιν τῷ βασιλεῖ ἀφικόμενος τοιάδε "ἐμοὶ μὲν οὖν, βασιλεῦ, συμφορᾷ πεπληγμένῳ τοιᾷδε, τύχῃ τῇ ἀμείνονι ἐπιτρέψας ἐμαυτὸν καὶ θεῷ τῷ πάντα ἐφορῶντι, βέλτιον ἔχω ἐμαυτοῦ, καί μοι χάριν ὁ δαίμων κατέθετο οὐκ ἀηδῆ· ὁρᾶν γὰρ ἤδη ἐμοὶ κατέλιπε βραχὺ πάμπαν τῆς ὄψεως ἀφελόμενος, τήν τε βασιλείαν ὑπισχνεῖται, καὶ τὴν βασιλείαν ἀνήκουσαν ἐμοὶ θέμις ἀποδιδόναι. ταύτην δὲ τὴν βασιλείαν ἡμῶν, ἢν ἐμοὶ πείθῃ, ἕξεις τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι ὅπως ἄν σοι δοκοίη, ἢν ἐμοὶ ταύτην ἀποδεδωκὼς ἔσῃ, ἢν ἱππέας τετρακισχιλίους μάλιστα παρεχόμενος ἕπεσθαί μοι ἐπὶ μῆνας δύο κελεύῃς. εἰσὶ δὲ παρ' ἡμῖν σχεδὸν οἱ τοῦ ἄστεος γένει τε καὶ πλούτῳ προφέροντες, καὶ τούτων οὐκ ὀλίγοι εἵποντο ἄν μοι ἐνθάδε, εἰ μὴ ἰδείην ἐν τῷ ἄστει ἐμοὶ τυγχάνειν ὄντας καὶ ἐμοὶ τιμωροῦντας, ἐφ' ὅ τι ἂν γνοίην ἡμῖν ἐπιτήδειον ἔσεσθαι. φόρον δὲ

2. διακέοιντο? 20. ἐνθένδε P: corr H 21. τιμωροῦντα P: corr H 22. γνοῖεν?

tandem oculos melius habere, colloquentes inter sese, et cum uxore adiutantibus et aliis gnaviter, aufugerunt in Galatiae urbem, quae Pera dicitur, e regione Byzantii sitam. hinc perrexerunt ad regem Paiazitem, orantes auxilium, quo muniti in suam possent redire urbem avitumque recuperare regnum. at cum in conspectum regis venisset, ferunt eum talem exorsum esse orationem. "me quidem, o rex, tam gravi calamitate perculsum cum meliori fortunae deoque, qui omnia videt, commendarim, melius nunc quam fortunae meae patiantur habeo. praeterea deus gratiam mihi rettulit haud iniucundam. nam cum visum mihi totum pene ademerit, reliquit tamen ut parum cernam, polliceturque regnum. fasque est ut regnum quod iure ad me pertinet, mihi restituatur. hoc autem regnum nostrum, si me audieris, in posterum experiere ad omnia tibi obsequentissimum, si tua ope adiutus id recepero. id eveniet, si mihi dederis equites quater mille, eosque me sequi iusseris mensibus duobus. stant autem a partibus nostris ii qui in urbe genere divitiis praestant. horum non pauci me comitarentur, nisi scirem eos in urbe mea negotia procurare, meque tandem adiuturos in quacunque re

τῷ σῷ οἴκῳ πολλαπλάσιον ὑπισχνοῦμαι ἀπάγειν ἔτους ἑκάστου, καὶ ἁρμοστὴν ἔχειν ἐν τῇ πόλει." βασιλεὺς δὲ ἀμείβετο τοῖσδε "ἐμοί τε οὖν, ἐπεί τε ἐπυθόμην ὡς ὁρᾶν ἤδη σοι καταλέλειπται, ἡδομένῳ τέ μοι ὁ λόγος ἐγένετο, καὶ χάριν οἶδα τῷ θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων δημιουργῷ τήνδε σοι τὴν χάριν καταθεμένῳ· ἥκεις δὲ ἐπὶ ἄνδρας σοι προσφιλεῖς, καὶ ἀμυνοῦντάς σοι εἰς ὅσον ἂν ἐξῇ διαπράξασθαι, ἐφ' ὅ τί περ ἥσθα ἀγωνιζόμενος. τίσομαι δὲ βασιλέα τὸν σὸν πατέρα οὕτως ὥστε μηδέποτε ἐσαῦθις βουλεύεσθαι περὶ ἐμὲ νεώτερα πράγματα. ἴθι δὲ τούτους λαβὼν οὓς σὺ ἔφησθα, χώρει δὲ ἐπὶ
D τὴν πόλιν πράσσων ὅπως ὡς βέλτιστα ἔσοιτό σοι καταγομένῳ ἐπὶ τὴν πατρίδα." ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἑτοίμους παρείχετο τοὺς ἱππέας, Ἀνδρόνικος δὲ τούτους λαβὼν ἤλαυνεν ἐπὶ Βυ-
V. 26 ζάντιον. Ἰωάννης δὲ καὶ Ἐμμανουῆλος ὁ παῖς αὐτοῦ, ὡς ἐπύθοντο τάχιστα Ἀνδρόνικον σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ ἐλαύνοντα ἐπὶ σφᾶς, ἐσῆλθόν τε ἐς τὴν τῆς Χρύσεας οὕτω καλουμένην ἀκρόπολιν, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς πολιορκησόμενοι. Ἀνδρόνικος μὲν οὖν ἐλάσας ἐπολιόρκει, μετὰ δὲ ταῦτα ὁμολογίᾳ χρησάμενος εἶλε τὴν ἀκρόπολιν, εἴς τι κλωβιον ἐμβαλλομένῳ μετέωρον, καὶ καθεῖρξεν ἄμφω ἐς πύργον τε, καὶ εἱρκτὴν βραχεῖαν συνελάσας ξυλίνην πεποιημένην ἐντὸς τοῦ πύργου,
P. 33 καὶ τήνδε βασιλείαν κατέσχε, τόν τε πατέρα καὶ ἀδελφὸν ἔχων

19. ἐμβαλλομένου RT: corr H, qui haec εἴς τι κλ. ἐμβ. μετέωρον post πύργον ponit, omisso τε

νηὶ μεγίστῃ τῶν Ἰαννίων αὐτοῦ ταύτῃ ὁρμιζομένῃ, συντίθεται τῷ νεὼς δεσπότῃ διαπορθμεῦσαι αὐτόν τε ἅμα καὶ τοὺς τελώνας καὶ τοὺς τῶν θυρῶν αὐτοῦ καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα ἐς τὴν Εὐρώπην, καὶ ἐτέλεσεν αὐτῷ ἀργύριον ἱκανόν, ὅσον δὴ ᾔτήσατο. καὶ διεπόρθμευσεν αὐτῷ τε ἅμα καὶ τῷ στρατῷ ἅπαντι. ὁ μὲν οὖν Μουσταφᾶς ὡς ἐπύθετο διαβεβηκότα Ἀμουράτην ἐς τὴν Εὐρώπην, καὶ ᾗ ὅποι σώζοιτο ἀνεώρα ἐπισφαλὲς ἂν ἤδη ἁπανταχῇ, ἅτε Ἀμουράτεω καταλαβόντος αὐτόν, ἐσώζετο ἐπὶ τὸ ὄρος Τουγάνου οὕτω καλούμενον. ὁ C
δὲ ὡς ἐδίωκε, καὶ ἐπισχών, πάντα ζητῶν οὐκ ἀνίει, σαγηνεύσας τε τὸν χῶρον αὐτοῦ ᾗ ἐδόκει καὶ ἤδη ὑποψίαν παρεῖχεν ἐπανθὶ κρύπτεσθαι, εὗρεν αὐτὸν ὑπὸ θάμνῳ τινὶ κεκρυμμένον, καὶ ζωγρήσας ἀγχόνῃ τε τὸν λαιμὸν αὐτοῦ ἐχρήσατο. 1423
ἐτελεύτησε δὲ Μουσταφᾶς βασιλεύσας ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἔτη τρία. Ἀμουράτης δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν ἀμφοῖν ταῖν ἠπείροιν, ἐς τὴν βασιλείαν κατέστη.

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐστρατεύετο ἐπὶ Βυζάντιον καὶ

12. ὃν?

equitibus foede desertos et proditos saevire statueret. ponte igitur Amurates lacum eum iungens, quam celerrime ad hostium castra transiit, et azapides omnes occidit. hinc persequi statuit Mustapham omnes urbes, quascunque adiisset. Mustaphas autem praeverterat Amuratem transfretando Callipolim. Amurates vero nactus navim Ianuensium maximam, quae forte appulerat, paciscitur cum gubernatore ut se cum peregrinis et ianuae militibus necnon cum reliquis copiis in Europam traduceret. mercedem gubernatori solvit maximam, pecuniam quantam petiisset, impigre numerando. et in hunc modum cum copiis suis universis in Europam transvectus est. Mustaphas ubi comperit Amuratis in Europam transitum, iamque minus minusque tutus foret ubique fratre imminente, circumspiciens locum ubi exitium evitaret, fuga se contulit in montem quem incolae Toganum nominant. eo secutus est Amurates, nec desinebat omnia indagare ut potiretur Mustapha. cum autem quasi verriculo lustrasset et indagine circumdedisset locum in quo eum se occultare suspicabatur, sub arbusto latitantem offendit. cuius, ubi vivus in manus venerat, guttur laqueo fregit. interfectus est itaque Mustaphas, cum regnasset in Europa annis tribus. Amurates ubi utramque continentem in potestatem redegit, rex creatus est.

Nec multo post expeditionem sumpsit adversus Byzantium et

ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. προέπεμψε δὲ Μιχάλογλην, πρυτανέα τε ἅμα καὶ στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης. καὶ λαβὼν οὗτος τὸ ἀπὸ
D τῆς Εὐρώπης στράτευμα ἅπαν, ἐπέδραμέ τε τὴν Βυζαντίου χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐστρατοπεδεύετο, καὶ αὐτίκα ἐπήλαυνεν Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω, τούς τε νεήλυδας ἔχων καὶ τὴν θύραν ἅμα, ὅσοι βασιλεῖ ἕπονται ὅποι ἂν στρατεύηται. καὶ τὰ Ἀσίας στρατεύματα ἔχων παρεγένετο, καὶ ἐστρατοπεδεύετο ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν.

Αἱ μὲν οὖν θύραι ὧδέ πῃ ἔχουσαι. πεζοὶ πάρεισι τῷ βασιλεῖ ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἐνίοτε ἀμφὶ τοὺς μυ-
ρίους· ἀπὸ γὰρ τούτων φρουράν τε φαίνει ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι, καὶ αὖθις ἑτέραν ἐς τὴν χώραν ἐκείνων καθίστησι.
P. 122 παρεγένοντο δ' αὐτῷ τῇδε. παῖδας λαβὼν αἰχμαλώτους ὅσους ἂν τύχῃ ἀνδραποδισάμενος, κατατίθεται ἐς τὴν Ἀσίαν παρὰ τοῖς Τούρκοις, ὥστε τὴν φωνὴν ἐκμαθεῖν ἕνα ἕκαστον. καὶ ἐπὶ δύο ἢ καὶ τρία ἔτη διαγενόμενοι τήν τε γλῶσσαν ἐκμανθάνουσι, καὶ συνιέντες τῆς φωνῆς ὅσα ἂν δυνηθῶσιν, αὖθις συλλέγει ἀφ' ὧν κατέθετο ἐς δισχιλίους καὶ πλείους τούτων. ἄγει δ' αὐτοὺς ξύμπαντας ἐς τὴν Καλλιούπολιν, καὶ καθίστησιν αὐτοὺς ἐς τὰ πλοῖα, ναυτίζεσθαί τε καὶ διαπορθμεύειν ἐς τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης τοὺς βουλομένους διαβαίνειν. ὀβολὸν δ' ἔχει ἕκαστος ἐνταῦθα, καὶ χιτῶνα τοῦ

4. ἀπήλαυνεν P

Graecos. praemisit ducem Michaloglen, qui iudicis et ducis partes in Europa gerebat. hic assumptis Europae exercitibus incursionem fecit in Byzantii regionem, et postea ibi castrametatus est. hunc illico secutus est Amurates Mechmetis filius, ducens secum peregrinos et ianuae milites, necnon reliquos omnes qui belli tempore regem comitari assolent. adduxit secum et Asianum exercitum, castraque posuit, quae ab una parte maris initium sumentia excurrebant usque in alteram partem maris.

Ianuae autem sic se habent. peditum adsunt apud regem semper sex milia, interdum decem milia. ex his praesidiarios milites eligit, quos arcibus defensandis imponit, et in eorum locum subrogat alios. ad hunc autem modum ianuae milites ad regem conveniunt. pueros quoscunque potest acquirere, ubicunque terrarum captivos abductos, Turcis in Asia in disciplinam tradit, ut Turcicam linguam addiscant; penes quos si manserint duobus aut tribus annis, linguam apprehendunt Turcicam. ubi linguam didicerunt quantum satis est, ex eorum numero quos in disciplinam dedit, bis mille aut ter mille eligit, quos Callipolim perducit navibusque praeficit, ut artem nauticam discant, transvehentes homines qui in Asiam ex Eu-

ἐνιαυτοῦ. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον μεταπέμπονται ἐς τὰς B
θύρας αὐτοῦ, παρέχων τε μισθόν, ὅσος ἂν ἱκανὸς εἴη ἐς τὸ
ἀποζῆν αὐτούς, ἐνίοις· ἄλλοις δὲ πλείω παρέχεται. καὶ ἐς
δεκαδάρχας τε καὶ πεντηκοντάρχας καὶ ἐνωμοτίας καὶ λόχους
τεταγμένοι τε καὶ διακεκριμένοι στρατεύονται κατὰ τὰ συσ-
σίτιά τε καὶ τῷ δὶς μηνὸς εἶναι σὺν τῷ δεκαδάρχῃ ἐς τὴν V. 96
σκηνήν. σκηνοῦσι δὲ οὗτοι ἀμφὶ τὸν βασιλέα, ἐς τὸν ἑαυτοῦ
χῶρον ἕκαστος ἐχόμενος τοῦ ἑτέρου. ἐντὸς μέντοι τούτων
οὐδενὶ ἔξεστι σκηνοῦν, πλὴν τῶν τοῦ βασιλέως παίδων καὶ
τῶν θησαυρῶν τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ κοιτῶνος. σκηνὴ δὲ
ἐρυθρὰ αὐτῷ. ὁτὲ μὲν δύο, ὁτὲ δὲ καὶ τρεῖς ἵδρυνται αὐτῷ
τῷ βασιλεῖ, ἀπὸ πύλου ἐρυθροῦ χρυσόπαστοι, καὶ σκηναὶ ἕτε-
ραι ἀμφὶ τὰς πεντεκαίδεκα, πᾶσαι ἐντὸς τῶν νεηλύδων. ἐκ- C
τὸς δὲ σκηνοῦσιν οἱ λοιποὶ τῶν θυρῶν ἄνδρες, οἵτε ἀμουρα-
χόριοι καὶ οἰνοχόοι οἱ λεγόμενοι παρ' αὐτῶν σαραπτάριοι, καὶ
σημαιοφόροι οἱ λεγόμενοι ἐμουραλάμιοι, καὶ οἱ τῶν θυρῶν
πρυτανεῖς, βιξόριδες οὕτω καλούμενοι, τοῦ βασιλέως ἀγγε-
λιαφόροι. οὗτοι μὲν οὖν μεγάλοι τε ὄντες, καὶ ὡς πλείους
ἐπαγόμενοι θεράποντας, πληθὺν παρέχονται ἄπλετον. μετὰ
δὲ συλικτάριδες ἔνεισι τῶν βασιλέως θυρῶν ἀμφὶ τῶν τρια-
κοσίων, οἳ ἱππεῖς ὄντες ἀπὸ τῶν νεηλύδων ἐπὶ ταύτην παρα-
γίνονται τὴν χώραν. μετὰ δὲ τούτους καρίπιδες οἱ ἐπήλυδες

12. πύλου Hammer I p. 493 et 661, πηλοῦ P 19. παρέχον-
τας P

ropa iter instituunt. quotannis singuli tunicam et gladium instar vernum accipiunt. haud multo tempore post citantur in regis ianuas, quibus rex suppeditat mercedem sufficientem, ut hinc vivere possint; aliisque ampliorem tribuit mercedem. qui sub decurionibus et quinquagenariis constituti, et in cohortes cuneosque discreti, stipendia faciunt, manentque mensibus duobus in tentorio decurionis. hi tentoria sua figunt, ut se mutuo contingant quam proxime apud regem. intra hos nulli tendere tentorium licet, praeterquam filiis regis. inter hos sunt thesauri regii cubiculumque regium. tentorium rubrum, quandoque duo et aliquando tria, regi ponuntur, quae fiunt ex argilla rubea, et inaurantur. sunt et alia tentoria regis intra peregrinos, numero ferme quindecim. extra tendunt reliqui ianuae milites, Amurachorii et pocillatores, quos Saraptarios vocant; siguiferi, quos Emuralamios nominant; ianuarum iudices, quos Bixorides appellant, et regis tabellarii. hi omnes cum numero sint plurimi, numerus tamen eorum augetur, cum accedunt ministri et famuli, quos habent complures. illos quos modo diximus, ordine sequuntur in ianuis regis Sylictorides circiter trecenti, qui sunt equites ex peregrinis in istum or-

καλούμενοι, ἀπό τε Ἀσίας καὶ Αἰγύπτου καὶ δὴ καὶ Λιβύης
D αὐτῷ ἐς τὰς Θύρας παραγενόμενοι, καὶ ἀρετῆς ἀντιποιούμενοι ἔναντι βασιλέως, μεμισθωμένοι αὐτῷ ὁ μὲν πλείονος ὁ δὲ ἐλάττονος. τούτων δὲ ἔχονται ἀλοφατζίδες οἱ μισθωτοὶ καλούμενοι, ἀμφὶ τοὺς ὀκτακοσίους. τούτων δὲ αὖθις ἔχονται οἱ σπαχίδες καλούμενοι, ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τῶν ἀρχόντων παῖδες, ὧν τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος ἐκβαλὼν ἐς ταύτην αὐτοὺς καθίστησι τὴν χώραν, τοὺς δὲ ἐπιλεξάμενος ἐνταῦθα ἔχει ὡς ἀνδρῶν παῖδας ἀγαθῶν γενομένους.

Καὶ αἱ μὲν Θύραι, ὡς ξυνελόντι μοι φάναι, οὕτω τετάχαται· δύο δὲ ὑπὸ βασιλέως ἐς ξύμπασαν αὐτῷ τὴν ἀρ-
P. 123 χὴν καθίστανται στρατηγοί, ὁ μὲν τῆς Εὐρώπης ὁ δὲ τῆς Ἀσίας. καὶ τούτων ἑκατέρῳ ἕπονται τάτε στρατεύματα καὶ οἱ ἄρχοντες, ὅποι ἂν ἐξηγῶνται, ἐπειδὰν ἐπαγγείλῃ αὐτοῖς ὁ βασιλεύς. ἕπονται δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ὕπαρχοι παρ' αὐτοῖς σημαιοφόροι καλούμενοι· ἐπειδὰν γὰρ ἐς τὴν ἀρχὴν ταύτην ὑπὸ βασιλέως καθίστηται, σημαίᾳ τε δωρεῖται αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ὡς στρατηγῷ γενομένῳ καὶ πολλῶν ἄρχοντι πόλεων. τούτῳ δ' αὖ τῷ ὑπάρχῳ ἕπονται οἱ τῶν πόλεων ἄρχοντες ὅποι στρατεύηται. χωροῦσι δὲ ἅπαντες κατὰ ταῦτα ἑπόμενοι τοῖς σφετέροις αὐτῶν ἄρχουσί τε καὶ στρατηγοῖς, ἐπειδὰν ἐς
B τὸ βασιλέως παραγένωνται στρατόπεδον. αὕτη σχεδὸν ἡ τῶν

20. αὖ τῷ] αὐτῷ P

dinem allecti. hos attingunt Caripedes peregrini, isto nomine notati, quod ab Asia Aegypto et Africa in ianuas veniant; et exercentes fortitudinem mirabilem mercede a rege conducuntur, alius quidem maiore, alius vero minore. his ordine proximi sunt Alophatzides, qui mercenarii dicuntur, qui numero sunt octingenti. ab his tendunt Spachides, quorum cohors ducentos complectitur. hi sunt ducum et principum filii, quos de suo cubiculo rex eiiciens in istum militiae ordinem mittit, et alios in eiectorum locum substituit.

In hoc grege eos retinet qui virorum bonorum et illustrium filii censentur. hic est, ut paucis dicam, ianuarum ordo. universae suae monarchiae rex duos praeponit imperatores: unus Europae, quem Bassam Romani appellant, alter Asiae (Bassa Anatoliae sive Natoliae dictus) imperator nuncupatur. hos sequuntur copiae universae et duces reliqui, quocunque molem avertunt, iussu regis. comites se iis iungunt et praesides, quos signiferos nominant: ubi enim in istum ordinem fuerint allecti a rege, donantur signis, ut qui duces et praesides sint multarum urbium. hunc praesidem comitantur urbium principes et magistratus, quocunque cum exercitu proficiscitur, cum

στρατευμάτων αὐτῷ διάταξις. οἱ μέντοι ἱπποδρόμοι τάττονται καὶ οὗτοι ἐς τοὺς σφῶν αὐτῶν ὑπάρχους. οἱ δὲ ἀζάπιδες ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι ἑπόμενοι, ἐς ταὐτὸ γιγνόμενοι στρατεύονται.

Ἀμουράτης μὲν οὖν ὡς ἐπέλασε, καὶ ἐπολιόρκει Βυζάντιον ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν, τηλεβόλοις τε ἔτυπτε τὸ τεῖχος καὶ ἐπειρᾶτο, οὐ μέντοι κατέβαλέ γε. εἶλκον δὲ οἱ λίθοι τῶν τηλεβόλων σταθμὸν τρία ἡμιτάλαντα. ὥστε ἀντεῖχε τὸ τεῖχος ὀχυρόν τε ὂν πρός τε τούτους τοὺς τηλεβόλους, καὶ οὐδαμῇ ὑπεῖκον. δοκεῖ μὲν οὖν ὁ τηλεβόλος οὐ πάνυ παλαιὸς εἶναι, ὥστε συνιέναι ἡμᾶς ἐπὶ νοῦν ἐληλυθέναι τοῖς παλαιοῖς τὸ τοιοῦτον. ὅθεν μέντοι ἀρχὴν ἐγένετο, καὶ τίνες ἀνθρώπων ἐς τὴν τοῦ τηλεβόλου ἀφίκοντο πεῖραν, οὐκ ἔχω διασημῆναι ἀσφαλῶς· οἴονται μέντοι ἀπὸ Γερμανῶν γενέσθαι τε τούτους, καὶ τούτοις ἐπὶ νοῦν ἀφῖχθαι ταύτην τὴν μηχανήν. ἀλλ' οἱ μὲν τηλεβολίσκοι ἀπὸ Γερμανῶν καὶ ἐς τὴν ἄλλην κατὰ βραχὺ ἀφίκοντο οἰκουμένην· οἱ δὲ τηλεβόλοι οὐκ ἂν εἰδείην σαφῶς ἰσχυρίζεσθαι ὅθεν ἐγένοντο τὴν ἀρχήν. τὴν V. 97 δὲ ἰσχύν τε καὶ φορὰν τὴν ἀμήχανον, ἣ ἐπιφερόμενος ὁ λίθος, ὅποι ἂν γένοιτο, μεγίστην τοῖς σώμασιν ἐπιφέρεται βλάβην, ἥ τε κόνις παρέχεται τῷ παντί, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐνήνεκται. τῆς δὲ κόνεως τὸ νίτρον ἔχει τὴν δύναμιν, ἄνθρακί τε καὶ θείῳ ἐπιμιγνυμένη. οὕτω δὲ ὡς ἄμεινον ἔχει τὰ τῆς οἰκου-

universi sequantur suos magistratus et duces. ubi ventum fuerit in castra regis, hic ferme ordo servatur. equites secernuntur in suos tribunos. Azapides sub uno duce collecti stipendia faciunt.

Amurates cum venisset Byzantium urbemque eam obsedisset, moenia tormentis quatiebat. tentabat quidem murum sternere, at coepta parum succedebant. globi, quos bombardae torquebant, ponderis erant maximi. murus autem cum foret firmus et admodum munitus, tormentis nihil cessit. bombardam ego arbitror non esse inventum antiquum, ut quis credat a veteribus esse repertam. unde autem originem sumpserint, aut qui mortales primi bombardas in usu habuerint, haud certo tradere possum. quidam Germanos putant bombardis esse usos, iisdemque bombardarum inventum acceptum ferunt. reliqui autem bombardarii ex Germania progressi in universum paulatim pervenere orbem. unde autem originem ceperint bombardae, certo assignare non possum. impetus vero bombardarum et mirabilis vis cognoscitur inde, quod corporibus, vel iis quae resistendi vim habent, damnum infert maximum. pulvis autem impetum illum violentum, quo fertur, ministrat. nitrum enim, ex quo pulvis

μένης ἐς τὰ ὅπλα. διὸ καὶ ἀρετῆς ἔλαττον ἴσχει αὐτῇ τὴν δαιμονίαν ἐκείνην φοράν. δοκεῖ δὲ γενέσθαι σιδηρὴς μὲν τὸ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τοῦ χύματος καλουμένου ἐπιφράσασθαι πεῖραν, τοῦ χαλκοῦ σὺν τῷ κασσιτέρῳ μεμιγμένου εὐδοκιμεῖν ἐς τὸ ἀφιέναι τὸν λίθον ἄμεινόν τε καὶ βιαιότερον. τὸ μέντοι σχῆμα διεξιέναι οἷον ἐστί, περίεργον μέν' ἂν εἴη πᾶσι καθορῶσιν ἁπανταχῇ. ἐπίμηκες δ' ὄν, ὅσον δ' ἂν εἴη ἐπιμηκέστερον, τοσούτῳ ἐπὶ μήκιστον ἀφίησι τὸν λίθον, ὥστ' ἂν γενέσθαι τηλεβόλον, ᾗ ἐπυθόμεθα, ἀφιέντα τὸν λίθον
P. 124 ἐπὶ ἑβδομήκοντα σταδίους, πέριξ σειομένην τὴν γῆν κατ' ἄμφω τὼ διαστήματε. δοκεῖ δ' ἡ τοῦ πυρὸς αὕτη δύναμις τόν τε ψόφον ἀπεργάζεσθαι καὶ τὴν φοράν, ᾗ ὁ λίθος φέρεται· βιαζόμενον γὰρ τὸ στοιχεῖον τοῦτο πάμμεγα καὶ δαιμόνιόν τι δύνασθαι δοκεῖ, ᾗ δὴ καὶ τὸν σκηπτὸν ἀπεργάζεται τὸ πνεῦμα εἰς τὸ πῦρ μεταβάλλον. εἴτε μὲν οὖν τὸ μὴ κενὸν συγ-
χωρεῖσθαι, τόν τε ψόφον γίνεσθαι καὶ τὴν φοράν, εἴτε ταύτῃ τοῦ πυρὸς τιθεμένου τῇ δυνάμει, ἐπειδὰν προσβιαζόμενον ὕλης ἐπιλάβηται, ἀνάγκη ταῦτα ἀπεργαζόμενον ἴσχειν ἄμφω
B ταῦτα. δοκεῖ δὲ τοῦ πυρὸς τὴν δύναμιν εἶναι ταύτην ξύμπασαν, καὶ τὴν κόνιν ἀξεῖς πεφυκυῖαν, τὴν τοῦ πυρὸς δύ-

4 μεμιγμένον P

conficitur, addito carbone et sulfure, vim istam tenet. orbis iudicat bombardas arma et munimenta esse optima. quapropter etiam minus virtutis bombardae habent, quamvis earum impetus pene sit divinus. primam bombardam existimo fuisse ferream. postea demum opinor fusionem aeris et stanni esse excogitatam, quae per conflationem fit. quae quidem materia iuxta censetur esse firmissima et optima; eoque conferre plurimum, ut globus in mirandam emittatur longitudinem. formam autem bombardarum describere, cum ubique hominum oculis obiectae sint, supervacaneum fore iudicavi. bombarda oblonga est; et quanto longior est, tanto longius eiaculatur globum. accepimus enim bombardam fuisse, cuius globus impetu emissus superaverit septuaginta stadia, cum finitima terra, quae interiacebat, utrobique moveretur. potentia autem ignis, ut apparet, tonitru procurat, necnon violentam lationem lapidis. nam si ignis inclusus cogatur, magna quaedam, et quae nostrum plane captum excedunt, efficere novit. etiam fulmen nascitur, si ventus in ignem mutatur. hinc igitur et tonitru et latio fit, sive quod concedatur non esse vacuum in rerum natura, sive quod ignis efficacia accedat; quae si violenter urgeatur et materiam apprehendat sibi accommodam, utraque ista praestare possit. omnis autem ista potentia in ignem, ut causam, referenda est. huc additur et pulvis qui nactus est ignis

ναμιν, διὰ τοῦ πυρὸς κινεῖν τε ἀμήχανον καὶ βάλλειν μακρότατα.

Τότε μὲν οὖν Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω τηλεβόλοις καὶ ἄλλαις μηχαναῖς πειρασάμενος τοῦ τείχους περὶ ἡμέρας ἱκανὰς προσέβαλε τῷ τείχει ἁπανταχῇ καὶ ἑλεῖν ἐπειρᾶτο. ἐξεκρούσαντο δὲ αὐτὸν ἀπό τε τῶν κλιμάκων καταβαλόντες οἱ Ἕλληνες τοὺς βασιλέως νεήλυδας, καὶ ἐνίων ἀποταμόμενοι τὰς κεφαλὰς ἀπηνέγκαντο. Ἀμουράτης δ', ὡς οὐδὲν προεχώρει ἡ τοῦ ἄστεως αἵρεσις, ἤσχαλλέ τε καὶ ἠθύμει, ᾤετο δὲ αἱρήσειν τὴν πόλιν. διατρίβοντι δὲ αὐτῷ ἐπεκηρυκεύοντό τε C οἱ Ἕλληνες· ἀλλ' οὐδ' ὡς ἤθελεν αὐτοῖς σπένδεσθαι. μετ' οὐ δὲ πολλὰς ἡμέρας ἀπεχώρει ἐπ' οἴκου, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῷ διῆκεν. οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες πρέσβεις τε ἔπεμπον παρὰ Ἀμουράτη καὶ ἐδέοντο· ὁ δὲ ἀπεπέμπετο καὶ οὐ προσίετο τὴν αἴτησιν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς πειρωμένοις τοῖς Ἕλλησι τῶν σπονδῶν οὐδὲν προεχώρει, τρέπονται ἐπὶ τὸν Μουσταφᾶν τὸν Μεχμέτεω παῖδα. ἔτυχε δὲ διατρίβων παρὰ τῷ Καραμάνῳ τὴν δίαιταν ποιούμενος. πρέσβεις δὲ πέμψαντες μετεπέμποντο ἐπὶ Βυζάντιον τὸν παῖδα, γεγονότα ἀμφὶ τὰ τρισκαίδεκα ἔτη. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον ὁ παῖς, ἔπεμπε λόγους παρὰ τοὺς Τούρκους, μεγάλα τε ὑπισχνούμενος, καὶ D μετιὼν ἕκαστον ἐπηγγέλλετο διπλασίω πάντων ὧν εἶχεν ὑπὸ

potentiam, intercedente igne, movere. quibus omnibus coniunctis fit ut lapis sive globus in tantam longitudinem iaciatur.

Amurates igitur Mechmetis filius, aggressus murum, ubique admotis bombardis et aliis machinis eum capere nitebatur. at Graeci moenia fortiter defendebant, de scalis deturbantes peregrinos regis. quidam amputatis capitibus devolvebantur ad suos. Amurates cum nihil efficeret, licet omnia tentaret quae ad urbem capiendam pertinerent, tristitia affectus est; et animi anxius usque putabat se urbem occupaturum. moras igitur cum necteret nec ab urbis obsidione discederet, Graecorum legati veniunt pacem et foedus petentes. at ipse Graecos in foedus suscipere aspernabatur; nec multis diebus post re infecta domum reversus est. copiae vero eius omnes dilabebantur ad sua. Graeci legatos ire iusserunt ad Amuratem, oratum pacem; quos dimisit Amurates, ipsorum petitionem aversatus. cum igitur Graeci affectarent summis votis pacem, nec tamen eam impetrarent, ad Mustapham convertuntur, Mechmetis filium. ea tempestate is apud Caramanum agebat, victum et necessaria ab eo capiens. missis igitur legatis Graeci Mustapham Mechmetis filium, cum natus esset annos tredecim, accersunt. puer ubi Byzantium venit, sermones sparsit per Turcos, magnis promissis eos accendens; prehensabat singulos, qui-

Ἀμουράτεω. καὶ ηὐτομόλησαν μέν τινες Τοῦρκοι παρὰ τὸν παῖδα, οὐ πολλοὶ δέ. ὁ μέντοι παῖς ἐς τὴν Ἀσίαν διαβὰς συνεπιλαβομένου καὶ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως, τό τε Ἱερὸν καλούμενον ἐξεπολιόρκησε, καὶ προσελαύνοντι αὐτῷ διὰ τῆς
V. 98 Ἀσίας προσεχώρουν τε οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Τοῦρκοι ἅτε βασιλέως παιδὶ ὄντι. ἐνταῦθα Ἀλιάζης ὁ οἰνοχόος ἐπίκλην, τοῦτον τὸν παῖδα ἐπιτετραμμένος ὑπὸ Μεχμέτεω, συντίθεται
P. 125 προδοσίαν τῷ Ἀμουράτῃ ὥστε καταπροδοῦναι αὐτῷ τὸ παιδίον. καὶ ὡς συνέθετο αὐτῷ, ἔπρασσεν ὥστε τὸν παῖδα αὐτῷ παραδοίη, διεσήμαινέ τε πέμπων ἄγγελον ὅποι διατρίβων τυγχάνοι ὁ παῖς. ὡς μὲν οὖν ἐς Νίκαιαν ἀφίκετο ὁ παῖς, τήν τε Νίκαιαν ὑπηγάγετο, καὶ ἐνταῦθα διατρίβων ὁ παῖς μετῄει τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀρίστους. καὶ ὡς ἤδη χειμὼν ἦν, διεκωλύετο ἐς τὸ πρόσω τῆς Ἀσίας ἰέναι. ἐνταῦθα πυθόμενος Ἀμουράτης παρὰ Ἀλιάζεω τοῦ σαραπτάρη τήν τε διατριβὴν τοῦ παιδὸς ἐν τῇ πόλει, λαβὼν ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους τῶν θυρῶν, ὡς εἶχε τάχους, ἀφικόμενος ἐπὶ τὸν
B Ἑλλήσποντον καὶ διαβὰς ἤλαυνεν εὐθὺ Βιθυνίας. ἐπιπεσὼν δὲ ἄφνω ἐς τὴν πόλιν συλλαμβάνει τε τὸν παῖδα αὐτοῦ ταύτῃ, παραδιδόντος αὐτῷ τοῦ Ἀλιάζεω. ὁ μὲν γὰρ παῖς, ἅτε τοῦτο πυθόμενος, κατέφυγεν ἐπ' αὐτόν, ὡς ἐπὶ σωτηρίαν σφίσι τράπωνται· ὁ δὲ κελεύων μὴ δεδοικέναι τὸν παῖδα, ἐπέμενε τὸν ἀδελφὸν τοῦ παιδός, καὶ ἐλθόντι ἐς τὰ βασίλεια τῆς πό-

bus promittebat duplum eorum quae sub Amurate habuissent accepturos. et quidam Turci, at pauci, ad puerum istum transfugiunt. puer autem transgressus in Asiam, auxilio Graecorum regis instructus, locum qui templum nominatur expugnavit. iter facienti per Asiam Turci qui ibi erant adiungebantur, ut qui esset regis filius. ibi tum Aliazes cognomento Saraptares, sive pocillator, cui ab Mechmete puer ille commissus erat, per proditionem Amurati puerum tradere pacisci tur. pactis autem satis firmatis conclusum est ut puer Amurati proderetur. misso itaque nuntio significavit Amurati ubinam terrarum puer ageret. cum puer Nicaeam venisset, urbem eam cepit; et cum ibi moraretur, optimates Turcorum conciliabat. hiems erat, qua prohibebatur puer longius procedere. Amurates cum intellexisset puerum Nicaeae versari, nuntiante id Aliaze Saraptare, assumptis sexies mille ianuarum militibus, venit quam ocyssime in Hellespontum, et transiens recta abiit in Bithyniam. et cum inopinatus et improvisus irruisset in urbem, puerum ab Aliaze proditum comprehendit. puer enim excitus tumultu confugerat ad Aliazem, cui obediebat, ut se defenderet ab imminenti periculo. Aliazes puerum metum omittere et bono animo esse iubet, et sic eius fratrem expectat. cui ubi

λεως ἐνεχείρισε τὸν παῖδα αὐτῷ. τοῦτον μέντοι ὁ Ἀμουράτης λαβὼν ἀγχόνῃ ἀνεῖλεν, ᾗ νομίζεται παρ' αὐτοῖς. λέγεται δὲ Τεζητίνη ἄνδρα γένους τοῦ βασιλείου τοῦ Ἐρτζιγάνης βασιλέως, ἀφικόμενον τῷ παιδὶ σύμμαχον, ὡς ἐπύθετο τοὺς πολεμίους ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφῖχθαι, ἐλάσαντα ἐς μέσους τοὺς πολεμίους τόν τε Μιχαλίην τὸν τῆς Εὐρώπης στρατηγὸν καὶ πρυτανέα ἀνελεῖν, πολέμιον αὐτῷ ὄντα, καὶ συχνοὺς ἄλλους ἀνελόντα καὶ αὐτὸν τελευτῶντα ἀποθανεῖν. C

Τότε μὲν δὴ Ἕλληνες οὕτω ἐπεπράγεισαν, ἑλόμενοι αἵρεσιν ἐναντίαν τῷ Ἀμουράτῃ· τὴν μέντοι Θέρμην τῆς Μακεδονίας ἀπέδοντο Ἐνετοῖς, ἀδύνατα εἶναι νομίζοντες σφίσι παραδοῦναι τὴν πόλιν ἐς τὸν περιόντα τότε Ἀμουράτεω. Ἀμουράτης μὲν δὴ ἐπὶ Θέρμην μετὰ ταῦτα ἐστρατεύετο, καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν προσέχων ἐντεταμένως, καὶ προσῆγε τῷ τείχει μηχανάς. καὶ οὐδὲν προυχώρει αὐτῷ ἡ τῆς πόλεως D αἵρεσις. ἐνταῦθα, ὡς λέγεται, συντίθεται τοῖς ἐν τῇ πόλει προδοσίαν· ᾗ, λέγεται, ὑπορύσσοντες ἀπὸ τῶν οἰκιῶν ὀρύγματα ἐκτὸς φέροντα καὶ ἐάλωσαν ἀπὸ Οὐενετῶν, ᾗ λέγεται. καὶ οἱ ὀρύσσοντες ἀπέδρασαν ἐς τὸ τοῦ Ἀμουράτεω στρατόπεδον, καταβάντες ἀπὸ τοῦ τείχους. ὕστερον μέντοι ἀπὸ τῆς ἄκρας ὡς προσέβαλεν, εἷλέ τε κατὰ κράτος τὴν πόλιν καὶ ἠν-

in regiam urbis sedem processerat, puerum in manus tradidit; quem acceptum laqueo, ut moris est regum illorum, praefocavit. aiunt Tezetinem, virum regio sanguine ortum Erziganis regis, auxilio venisse puero, ut audiverat hostes in urbem penetrasse, et coniecisse se in medios hostes; ubi et Michalinem Europae et ducem et iudicem hostem suum confecit. tandem cum plurimos alios neci dedisset, et ipse occubuit.

Graecorum res tum sic habuerunt, cum secuti essent partem Mechmeti adversam. Thermam Macedoniae Venetis vendidere, impossibile existimantes ut sperarent urbem sibi hanc ab Amurate dari in posterum. his peractis bellum convertit Amurates contra Thermam; quam, ad omnia intentus, summa ope oppugnabat. machinas etiam moenibus admovit; nec tamen coeptis respondebat eventus. tandem proditionem paciscitur cum oppidanis, quibus imperatum erat ut ab domibus suis cuniculos subterraneos agerent, qui extra ferrent. at fossores comprehensi a Venetis, quidam fugerunt in Amuratis castra, descendentes de muro. postmodum ab arce, quam aggressi erant, expugnarunt urbem, expugnatamque diripuere. accepi peregrinos impigre scandentes et superantes moenia urbem cepisse, reliquis deinde accedentibus; quam postmodum diripuere. nec quisquam eorum qui in oppido erant evadere potuit manus hostium. hinc

δραποδίσατο. τοὺς μέντοι νεήλυδας πυνθάνομαι ἀναβάντας
P. 126 ἐς τὸ τεῖχος ἐλεῖν τε τὴν πόλιν, καὶ ἐπισπομένων τῶν ἄλλων
ἁλῶναί τε τὴν πόλιν καὶ ἐπὶ ἀνδραποδισμῷ πρὸς τοῦ βασι-
λέως γενέσθαι. ἀνδραποδισάμενον μέντοι τὴν πόλιν ταύτην
οὐδένα ἐξελέσθαι τοῦ ἀνδραποδισμοῦ ἐπυθόμεθα Ἀμουράτη, 5
ὥστε λογίζεσθαι ἡμᾶς ἔχειν, διὰ τὴν προδοσίαν ἐξείλετο αὐ-
τούς. ἐγένετο μὲν οὖν αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησι συμφο-
ρά, καὶ οὐδεμιᾶς τῶν πρόσθεν γενομένων αὐτοῖς συμφορῶν
λειπομένη. οἵ τε ἄνδρες τῆς πόλεως ἀνὰ τὴν Ἀσίαν τε καὶ
Εὐρώπην, αἰχμάλωτοι γενόμενοι, περιήγοντο ἀνδραποδισθέν- 10
τες. ἡ μέντοι Οὐενετῶν φυλακὴ ἐν τῇ πόλει οὖσα, ὡς ᾔσθετο
ἁλῶναι ἤδη τὴν πόλιν, ὥρμητο φυγεῖν ἐπὶ τὴν θάλατταν καὶ
V. 99 ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ ἐμβάντες εἰς ταύτας, ὅσαι σφίσι παροῦσαι
B ἐτύγχανον, ᾤχοντο ἀποπλέοντες. ἡ μέντοι πόλις αὕτη Ἑλλη-
νὶς μεγάλη τε οὖσα καὶ εὐδαίμων ἑάλω ὑπὸ Ἀμουράτεω. 15
τὴν μέντοι πόλιν ἐπέτρεπε τοῖς αὐτοῦ ταύτῃ τῶν περιοίκων
ἐνοικῆσαι.

Αὐτὸς δὲ οἴκαδε ἐπανιὼν ἔπεμψε τὸν τῆς Εὐρώπης
στρατηγὸν Καρατζίαν ἐπὶ Ἰωάννινα πόλιν τῆς Αἰτωλίας,
τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα αὐτῷ παραδούς. ὁ δὲ ὡς ἀφί- 20
κετο ἐπὶ τὴν Αἰτωλίαν, τήν τε χώραν ἐπέδραμε, καὶ ἐλῄ-
σατο ὅσα ἔφθη καταλαβεῖν ἄφνω, μετὰ δὲ ταῦτα ἐλάσας
ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Κάρουλος μέντοι ὁ ἡγεμὼν τῆς πό-
λεως ἤδη ἐτελεύτησε· καὶ ἐπειδὴ παῖς αὐτῷ ἐκ τῆς γυναικὸς

5. ἐξέλευσθον P

reor Amuratem urbem istam per proditionem suo dominio iunxisse. urbs autem haec erat maxima, nec ulla quae modo Graecis parerent inferior. cives eius urbis passim per Europam Asiamque captivi trahebantur. praesidium Venetorum, quod in urbe erat, ut rumore allatum est urbem in potestatem venisse hostium, citato agmine ad mare et naves contendunt; et conscensis navibus quae forte ibi aderant, inde citi solvebant. urbs ista magna opibusque florens ab Amurate occupata est. cum autem eam habitandam assignasset finitimis, qui circa colebant, domum profectus est.

Caratziam Europae ducem arma contra Ioanninam urbem Aetoliae ferre iussit, dato ad eam expeditionem Europae exercitu. hic adveniens incursionem fecit in Aetoliae regionem; et quaecunque occurebant, diripiebat et spoliabat. postea exercitus ad urbem duxit obsidendam. Carolus urbis princeps iam ante obierat mortem. et cum haud tulisset liberos ex uxore sua Rainerii filia, superessent vero filii nothi, Memnon Turnus et Herculius natu maiores, his di-

Digitized by Google

αὐτοῦ τῆς Ῥαινερίου θυγατρὸς οὐκ ἐγένετο, νόθοι δὲ ἐγένοντο παῖδες, ὅ τε Μέμνων καὶ Τύρνος καὶ Ἐρκούλιος οἱ πρεσβύτεροι, διένειμε τούτοις μὲν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἀχελώου χώραν Ἀκαρνανίας ἐπινέμεσθαι, τὸν δὲ ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, τὸν Λεονάρδου παῖδα, κατέλιπε διάδοχον ξυμπάσης ἤδη τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, καὶ τὴν τε Ἄρτην τῆς Ἀμπρακίας μητρόπολιν καὶ Αἰτωλίαν τε καὶ τὴν πόλιν κατέλιπε Καρούλῳ τῷ ἀδελφιδοῦ. οἱ μέντοι νόθοι παῖδες αὐτῷ οὐκ εἰς μακρὰν διενεχθέντες ἀφίκοντο ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας. Μέμνων δ' αὖ ἀφικόμενος, ὃς ἐδόκει τε τῶν ἄλλων συνέσει τε καὶ ἀξιώσει προέχειν, οὗτος δὲ ἀφικόμενος παρὰ τὸν βασιλέα προυκαλεῖτο τε καὶ ἠξίου ἐπὶ τὴν χώραν σφᾶς τὴν πατρῴαν κατάγειν. διὸ δὴ ἐλάσας σὺν τῷ τῆς Εὐρώπης στρατεύματι εἰσῄει. ὁ δὲ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς τὴν τῶν Ἰωαννίνων πόλιν ἐπολιόρκει, καὶ χρόνον ἐνδιατρίβων τῇ πολιορκίᾳ ὡς οὐδὲν ἀνίει πολιορκῶν, ὁρῶντες οἱ τῆς πόλεως καὶ ὁ τῆς χώρας ἡγεμών, ἐντὸς ἀπειλημμένος καὶ πολιορκούμενος, προυκαλεῖτο τὸν στρατηγὸν ἐπὶ ξύμβασιν, καὶ αἰτεῖτο αὐτὸν δοθῆναι αὐτῷ τήν τε ἄλλην χώραν τῆς Ἀκαρνανίας καὶ τῆς Ἠπείρου παρὰ βασιλέως, καὶ σπονδὰς αὐτῷ ἐπὶ τούτῳ γενέσθαι, καὶ οὕτω παραδιδόναι τὴν πόλιν. τούτου δὴ γενομένου τήν τε πόλιν παρέλαβε τὸ τοῦ βασιλέως στράτευμα, καὶ αὐτῷ συνεχώρει τὴν Ἀκαρνανίαν καὶ τὴν ἄλλην Ἤπειρον ἐπινέμεσθαι, φόρον ἀπάγοντα τῷ βασιλεῖ τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ αὐτὸν φοιτῶντα ἐς τὰς βασιλέως θύρας. ὕστερον δὲ ἀφικόμενοι οἱ τοῦ Καρού-

C

D

stribuit Acarnaniam, quae sita est inter Acheloi regionem. fratris autem sui Leonardi filium reliquit totius regni successorem. Carolo vero fratris sui filio Arten Ampraciae metropolim et Aetoliam, urbemque concessit. nothi filii haud diu pugnantes relati sunt in numerum ianuarum regis. Memnon autem, qui videbatur reliquis prudentia et auctoritate prior, accessit ad regem, quem rogabat ut se ad patriam reduceret regionem. quapropter cum Europae exercitu hostiliter eam regionem ingressus est. Europae exercitus Ioanniorum urbem obsidione circumvenit; et incumbens aliquanto tempore obsidioni cum nihil proficeret, tandem oppidani et regionis princeps, qui obsessus tenebatur, hostium imperatorem sive bassam ad colloquium evocarunt; in quo princeps sibi dari postulabat a rege reliquam Acarnaniae regionem et Epiri, quae sibi foedere interposito confirmari volebat. quod si impetrasset, se regi urbem traditurum. foedere icto urbem accepit regius exercitus; et Acarnania reliquaque Epirus cessit principi, ut quotannis tributum ferret, et in ianuas regis, quandocunque moneretur, adventaret. postea venientes

λου ἡγεμόνος παῖδες, ὅ τε Ἡρκούλιος καὶ Μέμνων, καὶ οὐκ ὀλίγα κατασχόντες τῆς χώρας ἐπαγομένων τῶν ἐποίκων αὐτούς, πράγματά τε παρεῖχον τῷ ἀνεψιῷ αὐτῶν, καὶ ἦγον καὶ ἔφερον τὴν χώραν καὶ ἐπολέμουν. ὁ μέντοι Κάρουλος καὶ
P. 127 ἀπὸ τῶν θυρῶν τοῦ βασιλέως στράτευμα ἐπαγόμενος ἐπὶ τούτους καὶ ἀπὸ Ἰταλίας, ὡς οὐδὲν ἤννεν, ἐσπένδετό τε αὐτοῖς καὶ καθυφίετο τῆς χώρας ἧς ἦρχον, ἐφ' ᾧ μηκέτι αὐτῷ τοῦ λοιποῦ παρέχειν πράγματα.

Αἰτωλία μὲν δὴ οὕτω ἐγένετο ὑπὸ βασιλεῖ Ἀμουράτῃ· μετὰ δὲ ταῦτα ὡς Ἕλληνες ἰόντες ἐς τὰς θύρας ἠξίουν σφίσι σπένδεσθαι, εἰρήνην μέντοι ἐποιήσαντο ἐφ' ᾧ τόν τε Ἰσθμὸν καθελεῖν καὶ μηδὲν ἔτι νεωτερίζειν τοῦ λοιποῦ. τὸν μέντοι Τουραχάνην ἐπὶ Πελοπόννησον πέμψας τήν τε Οὐενετῶν χώραν ἐδήου, καὶ τὸν Ἰσθμὸν καθεῖλε, καὶ πολίσματα ἄττα ἑλὼν τῶν Οὐνετῶν ἠνδραποδίσατο. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐξιόντι
B ἀπὸ Πελοποννήσου συνελέγοντο οἱ τῆς Πελοποννήσου Ἀλβανοὶ περὶ τὴν μεσόγαιον, Δαβίην καλουμένην χώραν, καὶ σφίσι στρατηγὸν ἐστήσαντο, καὶ ἀπόστασιν ἐβουλεύοντο ἀπὸ Ἑλλήνων, ὡς τὸ Τουραχάνεω στράτευμα διαφθείρωσι. Τουραχάνης μέντοι ὡς ἐπύθετο τοὺς Ἀλβανοὺς ἐπ' αὐτὸν ὁμόσε ἰόντας ὡς διὰ μάχης, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγεῖν, παρετάξατό τε εἰς μάχην. καὶ οἱ Ἀλβανοὶ συνταξάμενοι καὶ αὐτοὶ

Caroli ducis filii, Herculius et Memnon, nec modicam regionis partem occupantes, congregatis finitimis qui confluebant, molesti erant admodum patrueli suo, cuius regionem agebant et ferebant, bellum gerentes. contra quos Carolus exercitum, quem ex ianuis regis contraxerat, necnon alterum quem ab Italia exciverat, ducens, cum nihil promoveret, pacem cum iis composuit; qua tenebatur ut ipse cederet ea regione cui illi praefuissent, hi vero deinceps nullas molestias Carolo facerent.

Hoc modo Aetolia in Amuratis dicionem devenit. Graeci postea in ianuas regis proficiscuntur, petitum pacem. quibus ea data est his condicionibus ut Isthmum destruerent et nihil in posterum quemadmodum hactenus, rerum novarum molirentur. Turachanem misit in Peloponnesum, qui Venetorum regionem populabatur, et Isthmum diruit. Venetorum autem oppidula quae subegerat, diripuit. cum autem egrederetur Peloponneso, Albani in Peloponneso habitantes colligebantur in mediterranea regione, quae Dabia nuncupatur; electoque duce defectionem a Graecis parabant, et Turachanis exercitum penitus delere volebant. Turachanes ut accepit contra se Albanos praelii cupidos pergere, cum non posset effugere ipsorum impetum, in aciem copias eduxit. etiam Albani in aciem descenderunt et hostes aggressi sunt.

ἐπῆεσαν, καὶ ἐς χεῖρας ἐλθόντες οὐδὲ ἐδέξαντο τοὺς Τούρ- V. 100
κους, ἀλλ' ἐτράποντο ἐς φυγήν. ἐνταῦθα ἐπεξελθὼν ὁ Του-
ραχάνης ἐπιδιώκων πολλούς τε ἀνεῖλεν ἐν τῇ διώξει, καὶ οὓς
ἐζώγρησεν ἀμφὶ τοὺς ὀκτακοσίους, αὐτοῦ ἅπαντας διεχρή- C
σατο, καὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν πυργία ἐποικοδομησάμενος
ἀπῆει ἐξελαύνων. τούτῳ μὲν οὖν τἀνδρὶ ἔστι καὶ ἄλλα ἀπο-
δεδειγμένα ἔργα ἐς ἀφήγησιν οὐκ ἀχρεῖα, δι' ἃ δὴ εὐδοκιμῶν
παρὰ βασιλεῖ ἐπὶ τὴν τοῦ Βρενέζεω χώραν ἐχώρει. καὶ ἐπὶ
Δακίαν οὐ πολλῷ ὕστερον πεμφθεὶς ὑπὸ Ἀμουράτεω τήν τε
χώραν ἐδήωσε, καὶ στρατὸν αὐτοῦ συλλεχθέντα οὐ σμικρὸν
ἐτρέψατο, καὶ νίκην ἀνείλετο περιφανῆ ἀνδράποδά τε καὶ
λείαν πολλήν.

Τοῖς μὲν οὖν Ἕλλησι θαμὰ ἰοῦσιν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτοῦ, 1424
καὶ ἄνδρας τοὺς παρὰ σφίσι πρωτεύοντας ἄλλους τε δὴ καὶ D
Νοταρᾶν τὸν κυρίου Λουκᾶν ὄλβον ἐπιπέμψασι, σπονδὰς
ἐποιήσατο. ὁ μὲν οὖν Ἑλλήνων βασιλεύς, ὡς εἰρήνη ἐγένετο,
ἔπλει ἐπὶ Πελοπόννησον, μεταπεμπομένου τοῦ ἀδελφοῦ Θεο-
δώρου τοῦ Σπάρτης ἡγεμόνος ὃς ὡς καὶ πρότερον ἦια λέξων,
διὰ τὸ πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν ἀπὸ Ἰταλίας ἔχθος αὐ-
τῷ γενόμενον ὥρμητο ἐπὶ τὴν Ναζηραίων ἰέναι δίαιταν. ὡς
μέντοι ἐς Πελοπόννησον ἀφίκετο ὁ Βυζαντίου βασιλεύς, τόν
τε ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον ἐπαγόμενος ὡς διαδεξόμενον

15. ἐπιπέμψας P 18. ὃς om P

cum autem Turcorum impetum sustinere non possent, in fugam vertuntur. quorum caedem maximam Turachanes insecutus in fuga fecit. capti sunt octingenti, quos omnes eo loci obtruncavit; ex quorum capitibus cum turriculas extruxisset, abscessit. vir ille et alia memoratu digna facta designavit; propter quae cum in maximo honore penes regem foret, etiam in regionem Brenezis et in Daciam iter intendit. nec multo post iussus ire ab rege cum exercitibus regionem evastavit, et conscriptum ibi exercitum haud parvum in fugam compulit; ex quo praelio redibat victoria memorabili illustris, plurimam tum mancipiorum tum aliarum rerum vehens praedam.

Cum Graecis igitur Amurates cum frequenter venirent in ianuas, mittentes viros primarios, opibus reliquaque felicitate claros, inter quos et Notaram et Carolucam (immo domini Lucae filium), tandem pacem composuit. Graecorum rex, ubi primum pax convenisset, navigavit in Peloponnesum accersito fratre Theodoro, qui Spartam regebat. rex propter odium, ut antea significavimus, quo prosequebatur uxorem, quam ab Italia duxerat, statuerat Nazaraeorum assumere habitum. cum autem in Peloponnesum venisset Byzantii rex, adducens secum fratrem Constantinum, ut in eum transferret regnum,

Digitized by Google

τὴν ἀρχήν, μετεμέλησέ τε αὐτίκα καὶ οὐκ ἔφασκεν ἰέναι ἔτι,
P. 128 μὴ ἐπιτρεπόντων τῶν τῆς χώρας ἀρίστων. διηλλάγη μέντοι καὶ τῇ γυναικὶ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐβίου ἡδέως συνὼν αὐτῇ τοῦ λοιποῦ. ὁ μέντοι Ἑλλήνων βασιλεὺς πρός τε τὸν τῆς Ἠπείρου ἡγεμόνα τὸν Κάρουλον πόλεμον ἐξήνεγκε, καὶ Κλα- 5
ρεντίαν τῆς Ἤλιδος μητρόπολιν ἐπολιόρκει. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον, ὡς οὐδὲν αὐτῷ προεχώρει πολιορκοῦντι, ἡρμόσατο τὴν ἀδελφιδοῦν ἡγεμόνος, Λεονάρδου δὲ θυγατέρα, ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίνῳ, ὥστε καὶ ἡ πόλις αὕτη ἐδόθη αὐτῷ ἐς φερνήν. καὶ βασιλεὺς Ἑλλήνων ἐπολιόρκει Πάτρας τῆς 10
Ἀχαΐας, μετὰ δὲ ταῦτα καταλιπὼν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον ᾤχετο ἀποπλέων ἐπὶ Βυζαντίου. τῷ μέντοι ἀδελφῷ
B αὐτοῦ Κωνσταντίνῳ ὡς τὰ περὶ τὴν πόλιν προσεχώρησε καὶ πολιορκῶν οὐκ ἀνίει τὴν πόλιν, συντίθενται οἱ τῆς πόλεως ἄνδρες προδοσίαν αὐτῷ, καὶ ἐπαγόμενοι τὴν πόλιν παρεδίδο- 15
σαν, ἀπόντος τοῦ ἀρχιερέως αὐτῆς ἐν Ἰταλίᾳ, ὅσον διατρίβοντος χρόνον, ἐπικουρίας δεόμενον παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως. ταύτην μὲν οὖν τὴν πόλιν τῆς Ἀχαΐας οἱ ἀπὸ Ἰταλίας Πελοποννήσου ἡγεμόνες, τοῦ Ζαχαρίου οἴκου διιόντες, ὁ μὲν ἄρχων τε καὶ ἡγεμὼν κατελείφθη τῆς χώρας, τῷ δὲ ἑτέ- 20
ρῳ διατρίβοντι παρὰ τῷ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ ταύτην ἐπέδωκε τὴν πόλιν ἀρχιερεῖ γενομένῳ ἐπιτροπεύειν. ἡ μέντοι πόλις

13. οὐ προεχώρησε?

confestim eum coepti poenituit, nec amplius se regno cessurum dicebat: regni enim proceres ab isto vitae proposito regem dehortabantur. dehinc etiam uxori, cui implacabilis erat, propter formae turpitudinem, reconciliatus, suaviter in posterum cum illa vitam exegit. rex Graecorum bellum intulit Carolo Epiri principi, et exercitibus Clarentiam Elidis metropolim circumsedit. nec multo post cum urbis oppugnatio irrita caderet, Caroli consobrinam, Leonardi ducis filiam, fratri Constantino uxorem dedit, hac tamen conditione, ut dotis nomine Constantino urbs ista traderetur. postea duxit exercitus contra Patras Achaiae urbem, quam obsidione circumdedit. deinde relicto fratre Constantino, cui urbis oppugnationem mandarat, navem conscendit, et Byzantium proficiscitur. cum multum iam temporis moenibus urbis assedisset, nec tamen urbs in manus venisset, proditionis consilia oppidani cum Constantino agitabant. aberat enim urbis episcopus, profectus in Italiam auxilii petendi gratia; et longas ibi agebat moras, ut a pontifice id acciperet. hanc Achaiae urbem Italici principes, qui Peloponnesum regebant, ex familia Malatestarum orti, occupantes, unum quidem dederunt urbi principem: alterum elegerunt, qui eam administraret et semper Romanum pontificem mo-

παριλθοῦσα ἐς τὸν Ῥωμαίων ἀρχιερέα ἐλάμβανεν ἀρχιερέα, C
ὃν ἂν ἐπιπέμψειε σφᾶς τοῦ ἐπιτροπεύειν τὴν πόλιν· καὶ
τότε δὴ Μαλατεστίων τοῦ οἴκου ἐπεπόμφει τοῖς ἐν τῇ πόλει
ἀρχιερέα. ταύτην μὲν οὖν τὴν πόλιν ἐπεί τε παρέλαβε Κων-
σταντῖνος, τήν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει ἐπ' ἐνιαυτόν· μετὰ δὲ
ταῦτα προσεχώρησεν αὐτῷ. τὴν μέντοι Ἤλιδος μητρόπολιν
εἷλον αἱ τοῦ ἀρχιερέως τριήρεις. ἐπείτε γὰρ ἐπύθετο τὴν
πόλιν τῆς Ἀχαΐας ἁλῶναι ὑπὸ Ἑλλήνων, ἔπεμψε τριήρεις δέ-
κα, εἰ δύναιντο τὴν πόλιν αὐτῷ παραστήσασθαι. αὗται μὲν
οὖν ἐπὶ Ἀχαΐαν οὐκέτι ἀφίκοντο, ἐπὶ δὲ τὴν Κλαρεντίαν
ἀφικόμεναι ἀπόντος αὐτῇ τοῦ ἄρχοντος, καὶ φρουρᾶς οὐκ V. 101
ἐνούσης ἐν τῇ πόλει, εἰσελθόντες λάθρα τὴν πόλιν κατέσχον D
καὶ ἠνδραποδίσαντο. ὕστερον δὲ ἀποδιδόμενοι ταύτην τῷ
βασιλέως ἀδελφῷ πεντακισχιλίων χρυσίνων ἀπέπλευσαν ἐπὶ
Ἰταλίας. ξυνέβησαν δὲ τῇ πόλει ταύτῃ καὶ τύχαι ἄλλαι πρό-
τερον γενόμεναι. Ὀλιβέριος γὰρ δὴ ἀπὸ Ἰταλίας ὁρμώμενος,
ἔχοντος ταύτην τοῦ τῆς Ἀχαΐας ἡγεμόνος, ἐπεισελθών τε
ἄφνω καὶ καταλαβὼν τὴν πόλιν ἠνδραποδίσατο, καὶ τὴν θυ-
γατέρα ἡγεμόνος ἐς γυναῖκα αὐτῷ ἠγάγετο. καὶ ταύτην μέν-
τοι οὗτος ἀποδόμενος τῷ τῆς Ἠπείρου ἡγεμόνι ᾤχετο ἐς Ἰτα-
λίαν. καὶ τότε μὲν δὴ ἁλοῦσαν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέως τριηρῶν
αὖθις ἐξωνησάμενος ἀπέλαβε. διέφερον μὲν οὖν καὶ πρὸς

3. *Μαλαστηκίων* P

raretur. urbs ista ubi concesserat in ius et potestatem Romani pontificis, accepit episcopum, quem misisset pontifex, ut urbem eam gubernaret. eo tempore episcopus, qui rem publicam eius urbis curabat, missus a Romano pontifice, natus erat ex familia Malatestarum. hanc urbem ubi dominio suo iunxit Constantinus, etiam arcem expugnare aggressus est; cui expugnationi integrum annum insumpsit, et tandem voti compos factus est. Elidis metropolim subegere Romani pontificis triremes. postquam enim fama allatum erat Achaiae urbem a Graecis esse occupatam, misit pontifex triremes decem, quibus annitebatur, si posset amissam recuperare urbem. haec quidem haud venere in Achaiam. venientes autem Clarentiam absente urbis duce nec praesidio in ea existente, clam ingressi milites urbem cepere et diripuerunt. deinde eam vendentes regis fratri quinquies mille aureis, in Italiam navigarunt. aliae quoque fortunae miserabiles urbi isti acciderunt. Oliberius enim ab Italia progressus, tenente Clarentiam Achaiae principe, inopinato adveniens eam oppressit et diripuit, ducta in uxorem principis filia. tandem pretio accepto, Epiri duci eam vendens, in Italiam reversus est. etenim captam a pontificis triremibus denuo emptam recepit. Graeci longo tempore bellum ges-

P. 129 τὸν τῆς Ἀχαΐας ἡγεμόνα, Ἰταλικὸν Κεντηρίωνα, οἱ Ἕλληνες τὸν πόλεμον ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιγαμίαν ποιησάμενοι ἐπὶ τῷ βασιλέως παιδὶ τῷ νεωτέρῳ Θωμᾷ, ἁρμοσάμενοι τὴν θυγατέρα τοῦ ἡγεμόνος, καὶ τήν τε χώραν ἐς φερνὴν αὐτοῦ ἐπέδωκαν τῆς Μεσήνης τε καὶ Ἰθώμης, πλὴν τῆς παραλίου Ἀρκαδίας, σπονδάς τε ἐποιήσαντο. καὶ ταύτην μὲν οὖν, ἐπεί τε ἐτελεύτησε, παρέλαβε Θωμᾶς ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφός, καὶ τήν τε γυναῖκα τοῦ Κεντηρίονος εἶχεν ἐν φυλακῇ, ἐς ἣν δὴ καὶ ἐτελεύτησε.

Οὕτω μὲν οὖν ἡ Πελοπόννησος ἀπὸ Ἰταλῶν ἐς τοὺς Ἕλληνας περιῆλθεν. Ἕλλησι μὲν οὖν οὕτω προσέφερε τὰ πράγματα, ὑπαγομένοις σφίσι τὴν Πελοπόννησον· Ἀμουράτης δὲ ὁ Μεχμέτεω ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Τριβαλλῶν χώραν. καὶ πρότερον μέν, ἐπεί τε ἐξήνεγκε πόλεμον, στρατεύματα ἐπιπέμψας ἐδῄου τὴν χώραν. καὶ τότε δὴ οὖν, ὡς ἐπύθετο ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ἐπιέναι ἐπ' αὐτὸν βασιλέα, πρέσβεις τε ἐπεπόμφει, καὶ ἠξίου σπονδὰς ποιεῖσθαι ἐφ' ᾧ ἂν ἀπάγειν φόρον ὃν ἂν τάξηται αὐτῷ βασιλεύς, καὶ πείσεσθαι ὅ τι ἂν κελεύοι αὐτῷ. ἐνταῦθα Ἀμουράτης ἄγεται τὴν θυγατέρα τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος. ἐπιπέμψας δὲ Σαραξίην τὸν τῶν Θυρῶν ἡγεμόνα ἠγάγετό τε τὴν γυναῖκα, τοῦ Χαλίλεω ἀνάγονΒ 1426 τος, παρ' αὐτῷ μέγα εὐδοκιμοῦντος, καὶ τὰ βασίλεια αὐτοῦ. C μετὰ δὲ ταῦτα ἤλαυνεν ἐπὶ Καραμᾶνον τὸν Ἀλιδέριον, ἥγε-

sere cum Centerione, qui Achaiae imperabat, generis Italici. postmodum affinitatem iungentes, filia huius ducis in matrimonium data regis filio iuniori Thomae, conclusum est ut dotem acciperet Messenae et Ithomae regionem, praeter maritimam Arcadiae. foedus quoque ictum bellum diremit. hanc quidem, ubi mortuus est princeps, accepit Thomas regis frater, et Centerionis uxorem, donec mortua est, in carcere condidit.

Hoc modo Peloponnesus ab Italis ad Graecos translata est. Graecorum res, cum subigerent Peloponnesum, hoc modo se habuere. Amurates bellum indicit Triballis. primo itaque missis exercitibus Triballorum regionem populabatur. ut nuntiatum est Triballorum principi regem hostiliter accedere, legatos ire iubet ad Amuratem oratum pacem. paratum se esse, si pax coiret, tributum quantumcunque imperasset pendere; nec recusaturum facere quaecunque iussisset. Amurates huius principis filiam sibi in uxorem sociavit, quam petiit sibi uxorem dari, misso Saraziae ianuarum imperatore. quam postmodum in regiam adduxit Chalites, qui plurimum apud regem pollebat. his ita peractis petiit bello Caramanum Aliderium,

μόνα τῆς Καρίας, τά τε ἄλλα αἰτιασάμενος, καὶ ὅτι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον ἔχων παρ' ἑαυτῷ ἔπεμψεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. ἐπιὼν δὲ σὺν στρατεύματι πολλῷ τὴν χώραν ἐδήου, ἐκλελοιπότος αὐτὴν τοῦ Καραμάνου καὶ τὰ ἄκρα κατέχοντος τῶν ὀρέων. ἐστὸν δὲ αὐτῷ δύο πόλεε, ἡ μὲν Λάρανδα λεγομένη, ἡ δὲ Τοκόνειον, πόλις μεγάλη τε οὖσα τὸ παλαιὸν καὶ εὐδαίμων, ἐν ᾗ καὶ βασιλὶς ἦν τῶν πρόσθεν βασιλέων τοῦ γένους τούτου· ἅτε γὰρ τῶν ὀρέων τῆς χώρας ἰσχυρῶν ὄντων καὶ οὐκ εὐπετῶν ὄντων ἐπιβῆναι, ὁρμώμενοι τὴν ταύτῃ χώραν περίοικον ἦγον καὶ ἔρερον καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντες κατεστρέφοντο. ἔστι δ' ἡ πόλις αὕτη εὐνομουμένη ἀπὸ τοῦ πάνυ παλαιοῦ. Λάρανδα δὲ ἡ πόλις οἰκεῖται μὲν αὖτη ὑπὸ D τὴν ὑπώρειαν τῶν ταύτῃ ὀρέων, καὶ οὐ πάνυ ἐάλω τινὶ ὀχυρώματι. ἡ δὲ χώρα ἐπιόντος τοῦ Ἀμουράτεω ὑπέμενέ τε καὶ οὐκ ἐξέλιπεν· οὐ γὰρ δὴ νομίζεται Τούρκους γε ὄντας αὐτοὺς ἀνδραποδίζεσθαι, ἐς τὰ αὐτά τε ἅμα ἦθη καὶ ἐς τὴν αὐτὴν δίαιταν καθισταμένους. ὁ μέντοι Καραμᾶνος οὗτος ὅμορός ἐστι τῇ Πισιδῶν χώρᾳ καὶ τῇ Τουργούτεω. οἱ δὲ Πισιδῖται οὗτοι καὶ Βαρσάκιδες καλούμενοι νομάδες μέν εἰσι καὶ γλώττῃ τῇ Τούρκων διαχρώμενοι, λῃστρικώτερον δὲ βιοτεύουσι, τήν τε Συρίαν λῃζόμενοι καὶ τὴν ἄλλην σφίσιν χώραν, V. 102 καὶ δὴ τὴν Καραμάνου διαπολεμοῦντες λῃΐζονται. ἄρχοντες P. 130

7. *βασίλεια?*

Cariae ducem, crimini ei inter caetera vertens quod fratrem suum iuniorem, cui alimenta praebuerat, ad Graecos misisset. veniens itaque cum magno exercitu, regionem graviter affligebat populationibus, quam Caramanus deseruerat, cum se recepisset in montium cacumina. regio ista urbes habet duas: una Laranda vocatur, alteri nomen est Toconeium. Toconeium urbs magnitudine et opibus praestat, in qua antiquitus reginae morabantur. cum montes regionis illius essent firmissimi et admodum muniti, nec facile scandi possent, omnem belli molem verterunt in finitimam regionem; quam agentes et ferentes paulatim progressi subigebant. urbs ista optimis legibus fundata est iam inde ab antiquo. Laranda sita est in radicibus montium, qui in ista regione visuntur, nec aliquibus munimentis adversus vim hostium firmata est. incolae regionis Amuratis adventum expectarunt, nec sibi fuga consuluerunt. putabant enim, cum et ipsi Turci forent et iisdem moribus reliquaque vitae consuetudine uterentur, se nihil hostile passuros. Caramanus ille finitimus est Pisidarum regioni et Turgutae. Pisidae, qui etiam Barsacides vocantur, pastores sunt et Turcorum linguam in usu habent: latrociniis magis intenti vivunt, praedasque ex Syria et ex finitima regione agunt. nec abstinent a

δὲ σφίσιν ἐφεστῶτες καὶ ληιζόμενοι τῆς τε λείας τὸ ἐπιβάλλον μέρος αὐτοί τε διαλαγχάνουσι, καὶ τοῖς οἴκοι ἐπὶ ταῖς γυναιξὶν ἐπιμένουσιν ἐπιδιελόμενοι διδόασι τὸ ἄλκιμον μέρος. Τουργούτης δὲ τῆς Φρυγίας χώρας ἐπάρχει τε, καὶ ἐπὶ Ἀρμενίαν ἥκει καὶ Καππάδοκας ἡ χώρα αὐτοῦ. τὸ δὲ Τουργούτεω γένος δοκεῖ νεώτερον γεγονέναι ὑπὸ Ἀμυθάονι, καὶ ἐπικαταβὰν ἐς τὴν ταύτῃ τῆς Φρυγίας χώραν ἐπικρατῆσαί τε τὸ ἀπὸ τοῦδε τῆς χώρας, καὶ ἐς δεῦρο διαγενόμενον πρός τε τοὺς παῖδάς τε καὶ Καραμᾶνον διαπολεμεῖν. διεπολέμησε
B μὲν οὖν τὸ παλαιὸν καὶ πρὸς τοὺς Λευκάρνας Καραϊλούκεω παῖδας. τὸ μέντοι Κανδυλόρον ἡ πόλις τῆς Καρίας ὑπὸ ἀνδρὶ τοὔνομα . . . . . καὶ τὴν χώραν καταστρεψάμενος Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ ἔσχεν ἐς τὴν γυναικωνῖτιν, καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ κατέλιπεν ἄρχειν τῆς χώρας. τοὺς μέντοι ἡγεμόνας, τόν τε Κερμιανὸν καὶ Αἰδήνην, ἐλαύνων ἐπὶ Καραμᾶνον, καὶ τόν τε Σαρχάνην τῆς τε χώρας ἐξήλασε, καὶ ἐπιὼν τὰ βασίλεια αὐτῶν ἠνδραποδίσατο. ὁ μέντοι Αἰδήνης ἐτελεύτησεν ἄπαις ὤν, Σαρχάνης δὲ καὶ Μενδησίας ἐπὶ τὰς ὁμόρους αὐτῶν χώρας διεσώζοντο, ἀποφυγόντες Ἀμουράτη ἐπιόντα. Μενδησίας μέντοι ἐς Ῥόδον ἀφι-
C κόμενος διέτριβε, μετὰ δὲ ταῦτα κηρυκευσάμενος ἀφίκετο παρὰ βασιλέα, δεόμενος τυχεῖν ἀγαθοῦ τινὸς πρὸς τοῦ βασι-

regione Caramani, cum quo ipsis continuum bellum est. duces eligunt, quorum ductu praedatum proficiscuntur. duces praedam superfluam capiunt, et inde partem haud contemnendam iis largiuntur qui domi apud uxores remanserint. Turgutes Phrygiae imperat; et Armeniam Cappadociamque regio eius attingit. genus Turgutae videtur recenter admodum fuisse sub Amythaone; et cum in Phrygiam inde descendisset, regionem istam ex eo tempore obtinuisse. quod cum durasset ad haec tempora, contra filios et Caramanum arma tulit. bellum etiam gessit iam olim genus istud adversus Leucarnas, Caraelucis filios. Candylorum urbs Cariae in potestate viri, qui nuncupatur * * * regionem itaque populationibus divexans Amurates Mechmetis filius, ducis filium in gynaeceum suum transtulit; filium regionis principem relinquit. Cermianum et Aedinem Sarchanemque principes, cum proficisceretur contra Caramanum, regionibus ipsorum expulit, accedensque regias eorum spoliavit. Aedines excessit e vivis, carens liberis. Sarchanes et Mendesias in regiones finitimas fugientes servati sunt, ne quid mali ab Amurate paterentur. Mendesias Rhodum contendit, ibique moratus est. postea praeconio excitus accessit ad regem, flagitans ut aliquid boni ab eo impetraret. qui etiamnum apud regem aetatem agit, victum et necessaria a iamis

λίως, καὶ ἐς δεῦρο ἔτι διατρίβων τὴν δαπάνην ἔχει ὑπὸ τῶν θυρῶν. ὁ μέντοι Καραμᾶνος, ὡς τότε Τοκόνειον κατειλήφει καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ κατέχων διέτριβεν, ἔπεμπε πρέσβεις παρ' Ἀμουράτῃ, ὑπισχνούμενος τήν τε θυγατέρα δοῦναι αὐτῷ εἰς γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐπιπέμπειν συστρατευόμενον ἐπὶ τὰς Ἀμουράτεω θύρας. ὁ μὲν δὴ Ἀμουράτης ἐπείθετο, τὰς σπονδὰς καὶ ὅρκια ποιησάμενος ἀπήλαυνεν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης. μετὰ δὲ ταῦτα χρόνου ἐπιγιγνομένου αἰτιασάμενος Ἰσμαΐλην τὸν Σινώπης καὶ Κασταμωνίας ἡγεμόνα ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτόν. οὗτος μὲν οὖν ὡς ἐπύθετο ἐπ' αὐτὸν ἐπιέναι Ἀμουράτη, πρέσβεις ἔπεμψε, καὶ τὴν μὲν τοῦ χαλκοῦ πρόσοδον ὑπέσχετο ἀποφέρειν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὅση ἂν αὐτῷ τυγχάνοι οὖσα, καὶ τόν γε παῖδα ὑπισχνεῖτο ἐπιπέμπειν καὶ οὗτος ἐς τὰς βασιλέως θύρας. τὸν μέντοι Τουργούτεω παῖδα καὶ πρότερον ἔτι παραγενόμενον ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας ἐπυθόμεθα ἐπαγαγέσθαι βασιλέα, καὶ ἐπιτρέπειν τὴν χώραν αὐτῷ διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτῷ δοκοίη. D

Ταῦτα μὲν αὐτῷ ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέπρακτο, λαμπρὰ ἀποδείγματα ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ. καὶ πρός τε τοὺς Λευκάνας ἐπολέμει συχνόν τινα χρόνον. ἐγένετο δὲ ἐκ τοῦ Ἀμουράτεω ἔλευσις ἐπὶ Τριβαλλῶν ἡγεμόνα καὶ ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα Γεώργιον τὸν κηδεστὴν αὐτοῦ δι' αἰτίαν τήνδε. Στέφανον γὰρ P. 131 τὸν νεώτερον παῖδα ἔχων παρ' ἑαυτῷ διατρίβοντα, ὡς μέντοι

10. ὡς om P 21. Ἔλασις?

accipiens. Caramanus cupidus recipiendi Toconeium et regionem suam legatos ad Amuratem mittit, promittens se suam filiam ei daturum uxorem, et filium quem haberet, missurum ut in ianuis mereret. Amurates in foedus, iuramenti religione interveniente, Caramanum suscepit, et in Europam iter intendit. postea cum aliquantulum temporis intercessisset, arma contra Ismaelem Sinopes et Castamomae principem arripuit, nescio ob quam offensam. qui ut accepit Amuratem contra se ut hostem properare, legatos obviam regi mittit, qui dicerent, si pacem petenti daret, se quotannis aeris reditum quantuscunque esset, regi pensurum. praeterea pollicebatur se filium suum in regis ianuas missurum. filium autem Turgutis, quem iam ante in regis ianuas abiisse constabat, regioni pristinae restituit; eique cum eo agere pro suo arbitrio permisit.

Haec quidem fortiter ab Amurate facta incredibile dictu est quanta gloria Asiae regnum illustrarint. bellum quoque tempore longo inter ipsum et Leucarnas arsit. expeditionem suscepit Amurates contra Triballorum principem et huius affinem Georgium. expeditionis huius istam causam tradunt. Stepanum enim iuniorem

ἐπήλαυνεν ἐπιὼν ἐπὶ Σπενδέροβον, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἦν αὐτοῖς. ὁ μέντοι ἡγεμὼν καταλιπὼν τὸν παῖδα αὐτοῦ Γούργουρον ἐπιτροπεύειν τε τὴν πόλιν καὶ φυλάττειν τὰ τείχη, ἢν ἐπίωσιν οἱ πολέμιοι, αὐτὸς ἐπὶ Παιονίας ἀπῄει ἐπικουρίας δεησόμενος· ὑπῆν γὰρ αὐτῷ καὶ ἐν τῇ Παιονίᾳ χώρα τε οὐ φαύλη καὶ πόλεις πολλαὶ καὶ ἀγαθαί, ἃς ἠλλάξατο Ἐλεάζαρος πρὸς τὸν Παιόνων βασιλέα Σιγισμοῦνδον ἀντὶ τῆς Μπιλογράδος πόλεως, ἧς ἐδεδώκει τῷ βασιλεῖ ὥστε τῷ πορθμῷ καλῶς ἔχοντος τοῦ χωρίου. ὁ μὲν οὖν παῖς αὐτοῦ καταλέ-
V. 103 λειπτο ἐπιτροπεύων τὴν πόλιν, καὶ παρεσκευάζετο ὡς πολιορ-
B κησόμενος. ὡς δὲ ἐπιὼν ὁ Ἀμουράτης ἐπέδραμέ τε τὴν χώραν καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, ἐπειρᾶτο μηχανὰς παντοίας προσάγων τῷ τείχει ἑλεῖν τὴν πόλιν. ὡς δ' οὐδὲν αὐτῷ ἠνίετο, ἐδεδίττετο τὴν πόλιν τηλεβόλοις μεγίστοις δὴ τοῖς εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένοις, καὶ τά γε τείχη τύπτων οὐκ ἀνίει. ἐνταῦθα ὁ τοῦ ἡγεμόνος παῖς Γούργουρος, δεδιὼς μὴ ἁλῷ ἡ πόλις ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, ἐδέχετο λόγους παρὰ βασιλέως περὶ συνθηκῶν, καὶ ἐσπένδετο ἐφ' ᾧ παραδιδόναι τε τὴν πόλιν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτοὺς ἐς τὰς θύρας αὐτῷ φοιτῶντας τυγχάνειν ὧν ἂν δικαιοῖ αὐτὸς βασιλεὺς ἀποφέρεσθαι. οὗ-
C τος μὲν οὖν τὴν πόλιν παρέδωκε, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐξελθὼν διέτριβε παρὰ βασιλέα σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Στεφάνῳ.

14. ἐδεδίττου P

filium habebat secum morantem, cum proficisceretur Spenderoviam, ubi ipsorum regia erat. princeps, relicto filio Gurguro (qui et Georgius et Gregorius) ut tutaretur urbem et defenderet moenia, si adventaret hostis, ipse abibat in Pannoniam, auxilium oraturus. erat enim huic etiam in Pannonia regio haud contemnenda; praeterea urbes multae et opulentae, quas permutatione facta cum Sigismundo pro Belgrado Eleazarus acceperat. haec enim urbs mire placebat regi, quasi regio admodum esset opportuna propter portus commoditatem. filius quidem praedicti principis relictus erat ut tueretur urbem, et se parabat, nihil cessurus hosti urbem obsidere instituenti. tandem accedens Amurates incursionem in agros fecit, et postea urbem obsidione cingit, machinas varias moenibus admovens, si quo modo urbe potiri posset. cum nihil proficeret, bombardas, quae ea tempestate habebantur maximae, produci iubet, iisque moenia pulsare haud cessabat. nec sic aliqua capiendae urbis spes affulsit. veritus autem Gurgurus ne urbs tandem veniret in manus hostium, cum bombardarum impetum amplius sustinere non possent, admittebat verba regis quibus pax offerebatur. foedus ictum est, quo tenebatur ut urbs regi traderetur, ipsi autem cum eo in ianuas proficiscerentur, consecuturi

ubicunque tibi usui esse poterunt." haec cum exposuisset nuntius, Chatites regiae domus princeps in hunc modum respondit "sed vos, o Daci, scitis profecto quanta sit fueritque iam ab initio potentia regis: et quoniam nunc in necessitatis articulo adestis, foedusque nobiscum initis citra dolum et fraudem, amici eritis in posterum. si quid eorum quae promittitis feceritis, gratiam referentes regi, scitote quod eum beneficiis nunquam vincere poteritis. arma autem ite et confestim huc tradite." Chatites haec locutus est, dicens se ea dicere ex sententia regis, eumque dimisit. Daci, cum reversus esset nuntius, et quae mandata accepisset a Chatite ex mandato regis enarrasset, continuo defecerunt a Pannonibus, et ab iis separati venerunt quam proxime ad ianuas regis. hic cum otiosi starent, putabant se gratiam hanc referre regi, quod eum in praesenti necessitate adiuvarent. sperabant quoque se munera et vestes ab rege accepturos propter id beneficium. rex autem, cum in proximo consisterent Daci, putans ne id facerent ex composito, pacti prius cum Pannonibus ut sibi aliquid mali inferrent, accersit Europae ducem (quem Bassam Romaniae vocant) habentem milites circiter viginti milia. qui ut advenit quemadmodum praeceptum erat, iussus est circumdare corona Dacos omnesque trucidare, nulli parcens. Daci arma tenentes ad resistendum accingebantur. nolebat enim rex ut traditis armis iner-

ἅπαντας, μηδενὸς φειδόμενον. καὶ οὕτω πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο τὰ ὅπλα ἔχοντες· οὐ γὰρ ἠξίου ὁ βασιλεὺς παραδόντας τὰ ὅπλα κατακαίνειν, ἀλλὰ ταῦτα ἔχοντας δίκην διδόναι ὧν ἐποίουν ἐς αὐτόν. καὶ οὕτω μὲν δὴ ταύτῃ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο.

Παίονες μὲν δὴ πρῶτα τοὺς Δᾶκας διισταμένους ἰδόντες ἐθαύμαζον ὅ τι βούλοιντο· ὡς δὲ ἔγνωσαν διαλλαττομένους τῷ βασιλεῖ, ἐχαλέπαινόν τε αὐτοῖς καὶ ἤχθοντο κατα- p. 195 προδεδωκόσι τοὺς φίλους. ἐπεὶ δ' ὀλίγον ὕστερον κατεῖδον αὐτοὺς ξύμπαντας πρὸς τοῦ βασιλέως οὐδενὶ λόγῳ ἀπολλυμένους, ἐν θαύματι εἴχοντο, τήν τε γνώμην ἐννοοῦντες τοῦ βασιλέως, ὡς οὐδέν τι συμμάχων τοιούτων ἐδεῖτο, μέγα τε ἐποιοῦντο ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην. Ἰωάννης μὲν οὖν ὡς ἀπὸ τῆς μάχης ἐγένετο ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν, διελέγετο τοῖς ἡγεμόσιν ἡγεμόσιν ὡς αὐτὸς μὲν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἴοι ἀπὸ τοῦ λόχου, ᾗ ἑστήκει αὐτὸς βασιλεύς, ὡς ἐς τὰς θύρας ἐμβαλῶν, αὐτοὺς δέ, ἐπειδὰν ἄγγελον πέμψας διασημήνῃ, ἐλαύνειν ὁμοῦ πάντας ὁμόσε ἐπὶ τὰς θύρας. καὶ ταῦτα λέγων (ἦν δὲ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην φυλακὴν) ἐπιλεξάμενος τούς τε ἄμεινον ἐς B τὸν πόλεμον παρεσκευασμένους καὶ οὓς ὡς ἐπιτηδείως ἔχοντας ἥπιστατο, τοῖς δὲ ἐν ταῖς ἁμάξαις παραγγείλας, ἐπειδὰν σημήνῃ, κατὰ ταῦτα προϊέναι ἐπὶ τὰς θύρας, αὐτός τε μὲν ἴετο συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι τὰ ἔμπαλιν γενόμενος ἐπὶ

mes interficerentur, verum armatos poenas delictorum dare eos volebat. in hunc modum miserabiliter, ut quorum nulla ratio haberetur, peribant.

Pannones cum conspicati essent Dacorum transitionem, primo mirabantur quid haec sibi vellent. ut compererunt Dacos in hunc modum reconciliatos esse regi, graviter succensuere, quod turpiter admodum destituissent amicos suos. verum haud multo post, ubi animadverterunt universos, nullo eorum respectu habito, crudeliter interire, admiratione figebantur, cogitantes regis sententiam, videlicet quod non desiderarre huiusmodi socios et auxiliares. proinde plurimi faciebant, si quamprimum abscedere possent. Ioannes igitur excedens praelio pergeeat ad currus, et colloquebatur cum ducibos, qui erant, dicens se venire cum suis ab ea hostium turma in qua steterit rex. itaque ubi in ianuas irruperit et id per nuntium significarit, ut uno impetu omnes adveniant atque in ianuas irruant. haec cum dixisset Choniates, circa extremam noctis vigiliam elegit eos qui optime ad bellum erant instructi, et quos sibi familiarissimos ducebat; et illis qui curribus vehebantur, imperat ut ubi primum signum dederit, summa vi in ianuas ferantur. ipse vero mutata voluntate, ad Istrum instructo agmine quam celerrime properabat. cum autem

τὸν Ἴστρον καὶ ἑλαύνων. ὡς δὲ ἡμέρα τάχιστα ἐγεγόνει, οὗτος μὲν οὐκέτι ἐωρᾶτο οὔτε πρὸς τῶν ἐναπολειφθέντων ἐν ταῖς ἁμάξαις Παιόνων οὔτε πρὸς τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ οἱ ἀμφὶ βασιλέα ὁρῶντες τὸ στρατόπεδον τῶν Παιόνων κενόν τε εἶναι καὶ ὀλίγους ἐντὸς τῶν ἁμαξῶν ἐναπολειφθῆναι, ἐν θαύματι μὲν ἐποιοῦντο, ἀγγέλλει δέ τις αὐτῷ δρόμῳ ἀφικόμενος ὡς Παίονες πεφευγότες εἶεν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀμφὶ τὴν δεκάτην φυλακήν. ἐνταῦθα οἱ νεήλυδες ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα δρόμῳ ἔθεον ἐπὶ τοὺς ἐν ταῖς ἁμάξαις Παίονας. οὗτοι μὲν C οὖν ὡς ἤσθοντο ὑπὸ τῶν σφετέρων προδεδομένοι, ἐμάχοντο πρὸς τοὺς νεήλυδας ἀξίως λόγου. μετ' οὐ πολὺ δ' οἱ νεήλυδες ἀνέβησαν ἐπὶ τὰς ἁμάξας, ὑπερέβησαν δὲ τοὺς Παίονας πάντας ὁμοῦ κατακαίνοντες. οὗτοι δὲ ἕωθεν μαχόμενοι, περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοὶ ἐτελεύτησαν. βασιλεὺς δὲ ὥρμητο μὲν διώκειν τοὺς Παίονας, προσφερόντων αὐτῷ λόγους τῶν στρατηγῶν· οὐ μέντοι προσίετο τοὺς λόγους, ἀναμιμνησκόμενος οἷα ἐπεπόνθει πρὸς τοῦ Χωνιάτου Χασίμης ὁ Μαζαράκεω ἐν τῇ διώξει, ἠγάπα τε τῇ παρούσῃ τύχῃ αὐτῷ ἐς τὸ βέλτιον καταστῆσαι. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ D μάχῃ ταύτῃ, ὡς ἐπυθόμην (ἠριθμήθη γὰρ ὕστερον ἀμφοτέρων ὑπὸ τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος), Παιόνων μὲν καὶ Δακῶν συναμφοτέρων ἑπτακισχίλιοι καὶ μύριοι, Τούρκων δὲ ἐς τοὺς τετρακισχιλίους. τὴν γὰρ διάγνωσιν ῥᾳδίως ποιοῦνται, καὶ

2. οὔτε — οὔτε] οὕτω — οὕτω P

dies illuxisset, non amplius apparebat iis Pannonibus, qui relicti erant cum curribus, non procul ab rege submoti. Turci videntes castra hostium esse vacua et paucos admodum cum curribus esse relictos, admirabantur quid hoc sibi vellet. deinde quidam occurrebat, nuntians Pannones circa decimam noctis vigiliam fugisse trans Istrum. his auditis peregrini arma capiunt, et cursu ferebantur contra Pannones ad currus relictos. hi cum cernerent se a suis desertos et proditos, fortiter praeliabantur, cum desperatio virtutem accenderet adversus peregrinos. nec multo post peregrini currus conscendunt, et per Pannones vecti omnes trucidarunt. at Pannones per totum diem in conferta hostium turba pugnantes, cum forent viri optimi et fortissimi, tandem occubuere. regem quidem ad persequendos Pannones adhortabantur duces: verum is eorum consilia reppulit, cum animo secum reputans quaenam passus esset a Choniate Chasines filius Mazaracis, cum persequeretur Pannones. volebat itaque praesenti fortuna melius uti. caesi sunt in isto praelio, ut accepi (utrinque enim occisi a Triballorum duce postea dinumerati sunt) Pannonum et Dacorum decem et septem millia, Turcorum quattuor millia.

τὰ αἰτήματα αὐτῶν, ἀπό τε τῶν αἰδοίων, περιτεμνομένων τῶν Τούρκων, καὶ τὸ μὲν τοὺς Παίονας κομᾶν ἐπιεικῶς πάνυ·
V. 153 οἱ δὲ Τοῦρκοι ξυρῶνται τὰς κεφαλὰς σὺν τρίχαις τισὶ τῶν ἐν τοῖς κροτάφοις. βασιλεὺς δὲ ὡς ἀπὸ τῆς μάχης ἐγένετο, τά τε σώματα ἀνελόμενος ἐκέλευσε θάπτειν τοὺς Τούρκους, ἐς τὸν ποταμὸν τὸν Μοράβαν καλούμενον, παρὰ τὸ χεῖλος, καὶ αὐτὸς συσκευασάμενος ἀπήλαυνεν ἐπ' οἶκου.

P. 196 Ὁ δὲ Ἰωάννης ὡς φεύγων ἀπεχώρει ἐπὶ τὸν Ἴστρον, καὶ ἑσπέρα ἦν ἀφικομένῳ ἐπὶ τὸ Σβετζάνιον τοῦ βασιλέως πόλιν, διηπόρει ὡς ἀσφαλέστερον κομιζόμενος πρός τε τῶν Μυσῶν μὴ κατάδηλος γένοιτο, καὶ κινδυνεύσῃ πρὸς τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος ἁλῶναι· εἰδὲ γὰρ τὸν Γεώργιον, ὡς περιποιήσαιτο ἐλεῖν αὐτὸν πολέμιον ὄντα καὶ διάφορον ἐς τὰ μάλιστα. ἐπεὶ δὲ διασκοπούμενος ἐλογίζετο, ἐδόκει αὐτῷ χωρισθέντα τοῦ στρατοῦ ἐλαύνειν σὺν ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτὸν εὐθὺ ἐπὶ Βελογράδην. ὡς δὲ ἐδόκει αὐτῷ, περὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐπιλεξάμενος τοὺς ἰδίους αὐτῷ ἐπορεύετο ἄλλην
B ὁδόν. πορευομένῳ δὲ αὖθις ἐδόκει οἱ καὶ ταύτῃ ἔτι μᾶλλον κατάδηλος ἔσεσθαι. πρὶν δὴ ἡμέραν γενέσθαι, νόῳ λαβὼν ὡς μόνος αὐτῶν ἄμεινον σώζοιτο ἐς τὸν Ἴστρον, χωρὶς γενόμενος περὶ αὐτὸν ἰδίᾳ ἐπορεύετο αὐτὸς πορείαν. ὡς δὲ ἡμέρα

1 κατὰ τὰ διαιτήματα? 2. καὶ τῷ τοὺς μὲν Π.? 12. ἤδει? et περὶ πολλοῦ ἂν ποιήσαιτο?

nam facile dignoscuntur a reliquis Turci, cum omnes sint circumcisi. praeterea Pannones admodum decenter capillos nutriunt, Turci vero raduntur, relictis quibusdam circa tempora capillis. rex cum excessisset praelio, tollere iussit cadavera occisorum. Turcos sepulturae mandari curavit, iuxta flumen Morabam prope ripam.

Ioannes autem fugiens festinabat ad Istrum. vesperi advenit Sbetzanium urbem regis. in ambiguo autem erat quomodo tutius profectionem facere posset, ne cognosceretur a Mysiis, et in periculum deinde veniret ut caperetur a Triballorum duce. haud enim Choniatem fugiebat, Georgium, cum quo sibi inimicitiae erant gravissimae, id parare ut ipsum caperet. secum autem omnia diligentius reputanti et expendenti visum est ut segregatus ab reliquo exercitu cum paucis recta pergeret Belgradum. hoc cum statuisset Choniates, secunda noctis vigilia, amicissimos suos et familiarissimos assumens, alia gradiebatur via. cum in hunc modum profectionem facerent, putabat se magis cognosci posse. antequam igitur dies adveniret, omnia secum in animo volvens deliberabat. tandem decrevit consultissimum esse, si incolumis praesens discrimen evitare velit, ut solus a suis separatus iter ingrederetur. exorto iam die, cum solus

Digitized by Google

ἐγένετο, καταβαίνει τε ἀπὸ τοῦ ἵππου, καὶ πεζῇ πορευόμενος ἀφικνεῖται ἐπὶ λόφον τινά, καὶ θεασάμενος Τοῦρκον ταύτῃ που ἐξελαύνοντα καταφεύγει ἐπὶ τὸ ἕλος ὕδατος πλῆρες καὶ ἐπὶ πολὺ διῆκον. ἐπεὶ δὲ προῆλθεν, ἀφικνεῖται πρὸς τὴν τοῦ Γεωργίου χώραν, καὶ περιτυχὼν Τριβαλλοῖς ἐζήτει γενέσθαι οἱ τῆς ὁδοῦ ὁδηγούς, καὶ μισθὸν αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ παρέχεσθαι. οἱ δέ, ὡς ὑπέσχοντο ἐξηγεῖσθαι αὐτῷ τὴν ὁδόν, ἐπεβούλευον ἀνελεῖν. ἐνταῦθα, ὡς ἐδόκει αὐτοῖς, συλλαμβάνουσι τε αὐτὸν ὡς ἀποκτενοῦντες. ὁ δὲ ὡς ἤσθετο, σπασάμενος τὸ ξίφος τοῦ Τριβαλλοῦ, ὥς οἱ ἐν καιρῷ ἦν, παίει μὲν τὸν ἕνα κατὰ τὸν ὦμον καὶ καταβάλλει· ὁ δὲ ἕτερος φεύγων ᾤχετο. ἐν δὲ τούτῳ πυνθανόμενος ὁ Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ὡς ὁ Χωνιάτης ἡττηθεὶς πρὸς τοῦ βασιλέως ἀπελαύνει, ἔπεμπε κήρυκα περιαγγέλλοντα τοῖς ἑαυτοῦ ὡς μηδενὶ Παιόνων ἐπιτρέποιεν διαβαίνειν τὴν χώραν, πρὶν δὴ πυνθάνοιτο [καὶ ἐς ὄψιν ἄγειν αὐτὸν] καὶ ὅστις τε εἴη καὶ ποῖ πορεύοιτο, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐᾶν διιέναι, τὸν δὲ Χωνιάτην συλλαβόντας ἄγειν παρ' ἑαυτόν. οὗτος μὲν ταῦτα περιήγγελλεν, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ προαγορεύοντες, ὅντινα ἂν λάβοιεν τῶν Παιόνων, ἄγειν παρ' ἑαυτοὺς ἐπιδεικνύντας, καὶ ὅστις ἄλλῃ ποιῶν ἁλώσοιτο, ὡς κακίστῳ θανάτῳ ἀπολούμενος. ἐνταῦθα ὁ Χωνιάτης, ὡς ἀπὸ λιμοῦ ἀπαγορεύων διηπόρει ὅποι τραπόμενος

C

D

iter faceret, ex equo descendens pedes pervenit ad collem quendam. videns autem Turcum hostiliter oberrantem, confugit in paludem aqua plenam, quae in longum extendebatur. deinde cum ex palude processisset, pervenit in Georgii regionem. incidens autem in Triballos quosdam, eos sibi itineris duces parare volebat, promittens se ipsis mercedem daturum. illi autem, quemadmodum promiserat Choniates, itineris duces facti, eum in itinere per insidias truncare nitebantur. eum igitur quasi interfecturi comprehendunt. qui ut rem sensit, stringens gladium, Triballum illico stravit, cum eum in humerum vulnerasset. alter autem fuga sibi consulens evasit. interea Triballorum princeps cum comperisset Choniatem ab Amurate victum fugam arripuisse, misit praeconem, qui suis nuntiaret ut nulli Pannoni regionem transire concederent prius quam interrogassent quisnam esset et quo abiret. reliquos quidem paterentur incolumes et inviolatos abire: verum si invenissent Choniatem, eum capere et ad se adducere iubebantur. principes itaque regionis suis edicunt, quemcunque Pannonem nacti fuerint, ad magistratus perducant, ut videant quisnam sit. qui aliter fecerit et huic edicto non paruerit, eum ignominiosissima morte periturum. Choniates igitur fame deficiens, quonam se verteret nesciebat. venit igitur in quendam Triballorum lo-

γένοιτο, ἀφικνεῖται ἐπί τινα χώραν τῶν Τριβαλλῶν. καὶ ἐνταῦθα ὡς ἑωράκει Τριβαλλοὺς τὴν γῆν ἐργαζομένους, ἦιεν ἐπὶ τούτους δεησόμενος ἐπιδοθῆναί οἱ ἄρτον. ὡς δὲ εἶδον
P. 197 ἄνδρα Παίονα ἐπιστάντα σφίσι ζητεῖν ἄρτον, ἔφασαν "ἀλλ' ὦ ξένε, ἄρτος μέντοι ὅδε σοι ἕτοιμος, χρεὼν δέ ἐστιν ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως ἄρχοντα ἄγοντας δὴ ἡμᾶς ἐπιδεικνύναι, καὶ ἐπειδὰν θεάσηται, ἀποπέμψει δὴ πάλιν οὗτος ἐπὶ τὴν σαυτοῦ χώραν. οὐ γὰρ κακόν τι πρὸς αὐτοῦ πείσῃ ἂν οὐδ' ὁτιοῦν, ἀλλὰ Ἰωάννην τὸν τοῦ Χωνιάτου ζήτησις, οἶμαι, γίγνεται· τοὺς δ' ἄλλους τῶν Παιόνων ὅσοι διεξελαύνουσιν ἐντεῦθεν, ἐν
V. 154 οὐδενὶ λόγῳ ποιοῦνται." ταῦτα λέγοντες ὡς οὐ μεθίοντο αὐτοῦ ἀλλ' ἰσχυρῶς τε ἥπτοντο, ἀναγκάζεται τῷ πρεσβυτέρῳ μηνῦσαί τε ἑαυτὸν ὡς εἴη ὁ Χωνιάτης. καὶ ἐπηγγέλλετο μεγάλα δοῦ-
B ναι αὐτῷ ξένιά τε καὶ χρήματα καὶ χώραν, εἰ ἐπὶ Βελογράδην ἀγάγοι σῶον, ὑπὸ μηδενὸς τῶν Τριβαλλῶν ὀφθέντα. ὁ μὲν οὖν πρεσβύτερος ὡς ἔγνω τε αὐτόν, ὑπεδέξατο ἀσινῆ ἐς τὴν χώραν ἀπάξειν, τοῖς τε ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἐξειπὼν ὅστις εἴη, προηγόρευε μηδαμῇ ἰόντας ὁμολογῆσαι τὸν ἄνδρα. ἑσπέρας δὲ γενομένης ἀπήγαγον ἐς τὸ οἴκημα, ἐν ᾧ ἄχυρά τε ἦν σφίσι καὶ ὑποζύγια, καὶ ἐνέμενον τῇ ὑστεραίᾳ συσκευασάμενοι ἀπάγειν ἐπὶ Μπελογράδην. τῇ δὲ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἐν διαφορᾷ γενομένων τῶν ἀδελφῶν ἐξαγορεύει τις τούτων τῷ τῆς

9. Ἰωάννην τὸν] Ἰωάννου?

cum. ibi cum videret quosdam Triballos terram colere, ad eos iter flectebat, petens sibi panem dari. ut conspicati sunt agricolae virum Pannonem adesse et panem quaerere, dixerunt "at, o hospes, panis quidam tibi in promptu est: verum necessitas postulat ut te perducamus ad magistratum urbis, qui quis sis excutiat. magistratus ubi te viderit, continuo ad regionem tuam te abire sinet; nec quicquam mali ab eo patieris. nam (opinor) Choniatem quaerunt. reliquos Pannones qui huc pergunt, dimittunt, nullum eorum respectum agentes." agricolae cum haec dicerent, eum haud dimittebant. verum eum fortius comprehendentes efficiunt ut confiteretur seniori, necessitate subactus, se esse Ioannem Choniatem. pollicebaturque magna hospitalitatis munera, opesque et agros se daturum dicebat, si ductus fuisset inviolatus et ab nullo Triballo visus Belgradum. senior quidem virum agnovit, eumque suscepit traducendum in regionem suam illaesum. fratribus autem suis quisnam esset vir ille indicavit, praecipiens ne quoquam abirent et quis vir ille esset enuntiarent. vespere facto virum deduxerunt in eam domum in qua paleas et iumenta asservabant, et diem crastinum expectabant, ut Choniatem omnibus apparatis abducerent Belgradum. eo autem die dissensio exorta est in-

Digitized by

πόλεως ἄρχοντι, καὶ λαβὼν τοὺς θεράποντας ἄγει ἐπὶ τὸ οἴ-
κημα, ἐν ᾧ ἦν ὁ Χωνιάτης ἐν τοῖς τῶν ἀχύρων οἰκήμασι. καὶ
λαβόντες ἀπήγαγον παρὰ τὸν τῆς πόλεως ἄρχοντα. ὁ δὲ C
ἔπεμπε δέσμιον ἀγόμενον παρὰ τὸν ἡγεμόνα, καὶ ἤγγειλεν ὡς
ἑάλω ἐν χόρτῳ κεκρυμμένος. ὁ μὲν οὖν ἡγεμών, ὡς ἤχθη
παρ' ἑαυτὸν ὁ Ἰωάννης, εἰς φυλακὴν ποιησάμενος ἀντεῖχεν
ἐπί τινα χρόνον ἐν τῇ ἀκροπόλει. ὁ δὲ πείθει τόν τε ἄρ-
χοντα τῆς ἀκροπόλεως καὶ τὴν φρουρὰν ἐπιθέσθαι ἅμα αὐτῷ
τῷ ἡγεμόνι καὶ καταλαβεῖν τὴν πόλιν. ἐξενεγκόντος δέ τινος
τῶν συνειδότων τὴν ἐπιβουλήν, καταφανῆ ἐγένετο τὰ τῶν ἐν
τῇ φρουρᾷ, καὶ οἱ μὲν ἀπώλοντο, Ἰωάννης δὲ ἐπιγαμίαν αὐ-
τῷ ποιησάμενος, καὶ ἁρμοσάμενος τὸν παῖδα αὐτοῦ, ἀπέπεμ- D
ψεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ ἐς Βούδην.

Καὶ περὶ μὲν τὴν τῶν Παιόνων ἐκστρατείαν ἡγουμένου
τοῦ Χωνιάτου τοσαῦτα ἐγένετο καὶ ἐν τέλει τούτῳ ἔσχετο·
Ἀμουράτης δὲ ὡς ἐπανήκει ἐς τὰ βασίλεια, οὐ πολλῷ ὕστε-
ρον ὥρμητο μὲν ἐπὶ Βυζάντιον στρατεύεσθαι, τελευτήσαντος
δὲ τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως Ἰωάννου, καὶ ἐπὶ Κωνσταντῖνον
τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὡς ἐχώρησεν ἡ βασιλεία. ἐπεί τε γὰρ
ἐτελεύτησεν, ὥρμητο μὲν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δημήτριος ἐπὶ
τὴν βασιλείαν, διεκωλύθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῆς

6. κατεῖχεν?

ter fratres. hinc unus de numero fratrum commotus indicavit urbis magistratui ubinam esset Choniates. assumptis itaque ministris pergebant ad domum, in qua erat Choniates latitans in palearum receptaculis, eumque captum abduxerunt ad urbis magistratum. magistratus autem eum vinctum deduci curavit ad praesidem, significavitque eum esse deprehensum latitantem in foeno. praeses, cum adductus esset Choniates, eum in carcerem coniectum ad tempus aliquod in arce detinuit. at Choniates persuasit principi arcis et custodibus, ut simul cum ipso insurgant hostiliter contra praesidem et urbem occupent. cum quidam rei quae parabatur conscius insidias patefecisset, etiam quid custodes sive praesidiarii milites molirentur cognitum est. verum hi occisi sunt omnes. Ioannes autem affinitatem iungens cum illo, filiam suam filio eius in matrimonium collocando, remissus est Budam in regnum suum.

Et quidem haec contigere in expeditione quam Pannones sumpserunt adversus Turcos, duce Choniate; eaque expeditio quem diximus finem consecuta est. Amurates reversus in regni sui sedem non multo post bellum Byzantio inferebat. Graecorum rege Ioanne defuncto, in Constantinum, defuncti fratrem, regni successio devenit. nam Ioanne mortuo frater eius Demetrius in regni successionem festinabat. verum prohibitus est ab oppidanis, matre, arbitris, et ab

P. 198 μητρὸς καὶ μεσιτῶν καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν μεσαζόντων, Καντακουζηνοῦ τε καὶ Νοταρᾶ, δεδιότων μὴ ἀφικομένου ἐπὶ τὴν βασιλείαν τούτου ἐπαγάγῃ ὁ Κωνσταντῖνος στρατὸν ἐπήλυδα, καὶ σφίσιν ἀπόλοιτο ἡ ἀρχή τε καὶ τὰ πράγματα. ἀνέμενον δὴ διὰ ταῦτα ἐλθεῖν τὸν Κωνσταντῖνον, καὶ οὐκ ἐπείρεπον τῷ Δημητρίῳ παριέναι ἐς τὴν βασιλείαν. ἔτυχε δὲ τότε προπαραγενόμενος ἐς Βυζάντιον καὶ Θωμᾶς ὁ νεώτερος ἀδελφός, περιόντα ἔτι οἰόμενος καταλήψεσθαι τὸν βασιλέα, καὶ χρηματίσων περὶ ἐνίων ὧν προσεδεῖτο τοῦ βασιλέως. οὗτος μὲν οὖν ἐτελεύτα, καὶ οὐκέτι ζῶντα κατέλαβεν, εὗρε δὲ τὰ πράγματα καταστάντα ἐς διαφορὰν καὶ αὐτός τε κατέστη ἐς
B διαφορὰν Δημητρίῳ τῷ ἀδελφῷ περὶ τῆς βασιλείας. ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ ἐς Βυζάντιον οὐ πολλῷ ὕστερον τοῦ Κωνσταντίνου, διείλοντο σφίσι τὴν Πελοπόννησον, καὶ ὅρκια ἐπὶ τῇ νομῇ ταύτῃ πρὸς ἀλλήλους ἐτάμοντο, ἐμπεδοῦντες τὴν διανομήν. ὁ μέντοι νεώτερος ἀδελφὸς πρότερος ἀφικόμενος νηὶ ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφίστα τε τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις πρὸς ἑαυτὸν παρὰ τοὺς ὅρκους, καὶ προσλαβόμενος τοὺς Πελοποννησίους τοὺς συναφεστῶτας ἐπολέμει πρὸς Δημήτριον τὸν
V. 155 ἀδελφόν. ὁ δὲ ἐπαγόμενος τοῦ βασιλέως στρατόν, ἐπιδιαπραξαμένου τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ Ἀσάνεω, τόν τε ἀδελφὸν ἠνάγκασεν ἐς ὁμολογίαν αὐτῷ γενέσθαι, καὶ ἐπετράποντο δι-

8. περιϊόντα P 9. οὕτως P.

Cantacuzeno Notaraque, qui arbitrorum partibus fungebantur. timebant enim, si is assequeretur regnum, fore ut Constantinus exercitum peregrinum adducat, et sic regnum regnique res interituras expectarunt: itaque Constantini adventum, nec permiserunt Demetrio ut regnum susciperet. ea tempestate Byzantium venerat et Thomas frater iunior, putans se regem adhuc superstitem inventurum. volebat enim quaedam cum eo, in quibus eius opera indigebat, colloqui. verum rex mortuus erat, nec eum adhuc viventem invenire potuit. repperit tamen maximam discordiam, quae exorta erat propter Demetrium regnum Byzantium affectantem. Constantino haud multo post Byzantium adveniente Peloponnesum inter se diviserunt, et iurisiurandi religio interposita est ne postmodum divisionem illam violarent. verum frater iunior prior navi in Peloponnesum vectus urbes Peloponnesiacas contra divisionis iusiurandum ad defectionem sollicitabat; et adhibitis Peloponnesiacis, qui ad ipsum confluxerant, bellum gerebat cum fratre suo Demetrio. qui adducto exercitu regis Turcorum, cum ad eam rem operam suam locaret uxoris frater Asanes, fratrem coëgit secum pacem pangere, cum utrinque rem totam per-

αιτητῇ σφῶν τῷ ἀδελφῷ Βυζαντίου βασιλεῖ, περί τε τῆς χώ- C
ρας ὁμήρους δόντες ἀλλήλοις καὶ πιστά.

Ἐν ᾧ δὴ ταῦτα ἐγένετο, Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω παῖς 1451
τελευτᾷ ἐν συμποσίῳ, ὑπὸ οἴνου γενόμενος ἀπόπληκτος. ἐβα- d. 2. Febr.
σίλευε δὲ ἔτη δύο καὶ τριάκοντα. κατέλιπε δὲ βασιλέα Με-
χμέτη τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ παῖδα ἕτερον ἐκ τῆς γυναικὸς αὐ-
τοῦ, τῆς Σπενδέρεω θυγατρός, ἀνὴρ ἐπιεικὴς τε γενόμενος
καὶ τὴν τύχην οὐκ ἀδόκιμος. ἀμυνόμενος δὲ ἐπολέμει, οὐχ
ὑπάρχων ἀδικίας, ἀλλ' ἐς τὸν ὑπάρξαντα αὐτίκα ἐπιὼν ἐστρα-
τεύετο, καὶ ὁπότε μή τις αὐτὸν προυκαλεῖτο ἐπὶ πόλεμον, οὐ
πάνυ τι προυθυμεῖτο στρατεύεσθαι, οὐκ ἐς τοῦτο ὄκνου ἥκων, D
ἀλλ' ἀμυνόμενος μὲν ἐδικαίου καὶ χειμῶνος καὶ ἐς τὰ χαλε-
πώτατα προϊέναι καὶ μηδένα ὑπολογίζεσθαι μήτε πόνον μήτε
αὖ κίνδυνον.

Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε, κατέστη ἐς τὴν βασιλείαν Μεχμέ-
της. καὶ αὐτίκα μὲν ἐν τῇ Ἀμουράτεω τελευτῇ οἱ ἐν τῇ
Ἀδριανοῦ πόλει νεήλυδες συνίσταντο ἀλλήλοις ὡς τῇ πόλει
ἐπιθησόμενοι, καὶ ἐκτός τε τῆς πόλεως συναθροισθέντες ἐβου-
λεύοντο ὅποι τῆς πόλεως ἐπιθοῖντο καὶ σφίσι χρήματα πο-
ρίσαιντο ἀπὸ τούτου. ἐνταῦθα δὴ Χαλίλης ὁ Πραΐμεω τῶν
θυρῶν τοὺς λοιποὺς ἐξοπλισάμενος, καὶ ἀπειλήσας, ἢν μὴ τὰ
ὅπλα κατάθοιντο, μέγα τι κακὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι ἀπὸ τούτου,

mitterent arbitrio fratris regis Cpolitani transigendam, obsides fidemque invicem propter regionem dantes.

Sub idem tempus quo haec gesta sunt, Amurates Mechmetis filius mortem obiit, in convivio ictus apoplexia, quam nimia vini conciverat copia. regnavit autem annis triginta duobus. regni successorem reliquit Mechmetem filium suum. habuit et alterum filium, quem tulit ex uxore sua Spenderae filia Amurates, vir iusti aequique eximius cultor. usus est fortunae aura non admodum adversa. provocatus, ut se defenderet, bella occipiebat. lacessitus confestim in armis erat: non autem iniuriis irritatus bellum aegre suscipiebat. nec id ignaviae adscripseris. nam si vis hostilis propulsanda erat, nec hieme cunctatur per loca asperrima incedere, nec pensi quicquam facere vel labores vel pericula.

Hoc autem defuncto regni moderamen nactus est Mechmetes. at quamprimum mortem Amuratis acceperunt peregrini qui Adrianopoli erant, inter se coniurarunt ut urbem eam caperent. in unum autem locum extra urbem collecti deliberabant ubi vel quomodo urbem aggrederentur, ut hinc opes plurimas colligerent. verum Chatites Priami filius reliquos ianuarum milites arma capere iubet; et illis minatur, ni con-

P. 199 ἐπειδὴ δὲ κατέθεντο τὰ ὅπλα, καὶ διέλυσε τὸν σύλλογον, ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ φάμενος ταῦτα ποιεῖν τούτους. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς Ἀσίας Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν βασιλείαν καθίστη τε τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ ᾗ αὐτῷ ἐδόκει πρὸς τὰ παρόντα ξύμφορα ἔσεσθαι, καὶ τοῖς τε Ἕλλησι σπονδὰς ἐποιεῖτο καὶ δέδοκε τὴν τῆς Ἀσίας παράλιον. καὶ δὴ καὶ τῷ Τριβαλλῶν ἡγεμόνι εἰρήνην ἐποιεῖτο, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, γυναῖκα τοῦ Ἀμουράτεω μητρυιὰν δὲ αὐτοῦ, αὐτίκα ἔπεμπε τῷ πατρὶ χαριζόμενος, καὶ χώραν ἐπεδίδου ὅσην ἐκτήσατο. τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν παριὼν
B ἀνεῖλεν, ὕδατι ἐπιστομώσας αὐτοῦ τὴν ἐμπνοήν. ἀνεῖλε δὲ τοῦτον οἰνοχόος αὐτοῦ· Σαραπτάρης ὄνομα ἦν τούτῳ, ὃς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησε. τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τανύτῃ διεχρήσατο· τὴν δὲ ἑτέραν τοῦ Ἀμουράτεω γυναῖκα, Σπενδέρεω θυγατέρα, ἥρμόσατο ἀνδρὶ μέγιστον δυνα-
μένῳ ἐν ταῖς θύραις, τοὔνομα Ἰσάκῳ, ὃν στρατηγὸν ἀπέδειξε τῆς Ἀσίας καὶ ἐφιλοφρονεῖτο αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα. καὶ τοῖς τε ἀπὸ Πελοποννήσου πρέσβεσι σπονδὰς ἐποιήσατο.

Τελευτήσαντος δὲ δὴ Ἀμουράτεω Καραμᾶνος ὁ Ἁλιζούριος καὶ πρότερον μὲν εἴη ταράσσων, ὅπως τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ
C ἀφιστάμενα συσταίη τε ἐπὶ τοὺς Ὀτουμανίδας καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο ἐπὶ μέγα χωρήσει δυνάμεως, ἐταράσσετο μεγάλως τὰ

9. ᾗτήσατο R 12. Σαραπτάρης] hoc nomen ante οἰνοχόος P
20. ᾗει? an ἀεὶ?

tinuo arma ponerent, exitium. cum autem arma deposuissent, concionem dimisit, dicens eos nequaquam ex bona causa istud moliri. nec multo post ex Asia adveniens Mechmetes Amuratis filius ad regni gubernacula, rebus eam formam induxit quam in praesentiarum utilissimam fore rebatur. cum Graecis foedera sanxit, iisque maritimam Asiae regionem concessit. etiam cum Triballorum principe pacem fecit, cui filiam, Amuratis uxorem, ipsius vero novercam, remisit, putans se ei rem gratam facere. regionem eidem quantam antea contribuit. fratrem suum, cum regni moderamen suscepisset, peremit, cum aqua infusa spiritum eius interclusisset. hunc autem interfecit regis pincerna nomine Saraptares, qui haud multo post fato functus est. fratrem suum in hunc modum e medio sustulit. Amuratis alteram uxorem, Spenderae filiam, in matrimonium collocavit viro in ianuis potentissimo, quem Isaacum nominabant. hunc plurimum diligebat, eumque Asiae ducem declaravit. foedus percussit quoque cum legatis, qui ab Peloponneso advenerant.

Mortuo Amurate Caramanus Halisurius, qui iam antea non cessabat Asianos incitare ut deficerent ab Turcis et contra Otomanidas bellum susciperent, sperans eo modo se maximam potentiam nacturum,

ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα. καὶ στρατὸν ἀγόμενος ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν ἐληίζετο τὴν χώραν καὶ ὑποζύγια. Μεχμέτης δὲ ὡς ἔπύθετο Καραμᾶνον ληίζεσθαι τὴν χώραν αὐτοῦ, οὐκ ἠνέσχετο καὶ εὐθὺς ἐστρατεύετο. καταλιπὼν δὲ Σαραζίην τῶν θυρῶν πρυτανέα, ἐπιτήδειόν τε αὐτῷ ὄντα, καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβὰς ἤλαυνεν ἐπὶ Καραμᾶνον καὶ ἐπὶ τὴν χώραν αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐξέλιπε μὲν τὴν χώραν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων, V. 156
ὡς καὶ πρότερον εἰώθει ἀπιέναι, ἐπρεσβεύσατο δὲ συμβουλεύσαντος Χαλίλεω τοῦ Πραΐμεω, καὶ ἐς ὁμολογίαν ἀφικόμενος ὑπουργεῖν αὐτῷ ὧν ἂν δέοιτο καὶ τὸ Κανδελόρον ἀπο- D
διδόναι ἔφη ἕτοιμος εἶναι. ὁ δὲ ἐπύθετό τε καὶ ἐποιεῖτο τὰς σπονδάς.

Καὶ ὑποστρέφων, ὡς ἐν τῇ Καλλιουπόλει ἐγένετο, ἀριθμὸν ἐπεζήτει τῶν νεηλύδων, ὅσοι ἀπῆσαν καὶ οὐ παρεγένοντο ἐς τὴν ἐξέλευσιν ταύτην, καὶ τὸν μὲν ἄρχοντα αὐτῶν Ἀγιάπασαν καλούμενον λυμηνάμενος μάστιξιν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τιμῆς, τοὺς δὲ δεκαδάρχας καὶ εὐνούχους καὶ πεντηκοντάρχας, ὧν ἀπῆσαν οἱ νεήλυδες, πρῶτον μὲν μαστιγώσας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τιμῆς. ταῦτα δὲ ἐποίει, ὅτι αὐτῷ οὐκ ἐδήλωσαν στρατευομένῳ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὅστις τε παρείη καὶ ὅστις τε ἀπὼν τυγχάνει. ἱεραχοφόρους μὲν τοῦ πατρὸς ἑπτακισχιλίους ἔπαυσεν P. 200
αὐτοὺς ἐκ τῆς τάξεως, καὶ προσετίθει ἐς τὸν στρατὸν παρα-

16. ἐξέλαβεν P 17. ὧν] ὡς P

etiam eo tempore Asianos plurimum ad defectionem accendebat. ingressus itaque cum exercitu regis regionem eam populabatur et iumentorum praedas agebat. Mechmetes ut audivit Caramanum suam vastare regionem, rei indignitatem non ferens illico arma cepit et relinquens Saraziem ianuarum principem, cum quo sibi artissima intervenerat familiaritas, transgressus est in Asiam, bellumque Caramano indixit, eiusque regionem evastavit. Caramanus regionem deserens in montium cacumina, quemadmodum antea consueverat, se recepit. verum postea legatos misit ad regem, suadente Chatite filio Priami, dicens, si pacem daret, se, ubicunque usui esse possit, ipsi ministraturum. praeterea se paratum esse confitebatur restituere Candelorum. quae ubi intellexit rex, eum in foedus admisit.

Reversus deinde, cum venisset Calliopolim, peregrinorum numerum, qui in eam expeditionem non venerant, inquirebat. ducem autem eorum, cui nomen erat Hagiapases, flagris caedens munere suo abire iussit: eunuchos autem, et eos qui decem quique quinquaginta militibus praeerant, quorum peregrini aberant, prius verberibus caesos munere suo removit. poenas autem istas propterea dederunt, quod regi contra Caramanum pergenti non indicassent quinam adessent quive abessent. septem milia virorum erant, qui curabant accipitres regios; quos

γίγνεσθαι αὐτῷ ἐξελαύνοντι. καὶ τοὺς τε αὖ κυνῶν ἐπιστάτας καὶ τούτους ἐξήλασεν ἐκ τῆς τάξεως, φάμενος πλὴν ἑκατὸν τοιούτων καὶ ἱεροκοφόρων πεντακοσίων μὴ προσδεῖσθαι αὐτὸν ἐπὶ πλέον, οὐδὲ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἥκειν ὥστε ἀργοὺς τούτους τρέφειν ἐπὶ ματαίῳ καὶ καινοπρεπεῖ πράγματι.

Τῷ μὲν οὖν Πελοποννησίων ἡγεμόνι τῷ Δημητρίῳ συνεμάχει πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἔτι διαφερόμενον, καὶ οὐκ ἐπέτρεπε τὴν χώραν τῷ ἀδελφῷ. καὶ τόν γε Τουραχάνη ἔπεμπε
B συμμαχοῦντά τε αὐτῷ καὶ τὸν Ἰσθμὸν τέλεον καθαιρήσοντα. Θῶμας μὲν οὖν ξυνέβη τῷ ἀδελφῷ, ἐφ' ᾧ τοῦ λοιποῦ ξένους τε καὶ φίλους εἶναι ἀλλήλοις, καὶ Καλαμάταν πόλιν παρεχόμενος ἀντὶ τῆς τῶν Σκορτῶν χώρας, ἣν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀφελόμενος εἶχε.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο, καὶ Τζαγνισᾶ τῷ Καραισούφεω παιδὶ πρεσβείαν ἐς αὐτὸν πέμψαντι, καὶ αἰτουμένῳ ὥστε μὴ τὴν περὶ Σεβάστειαν χώραν ληίζεσθαι, ... βουτύρου τε χιλίας καμήλους, καὶ ἐμέλησε μὲν πόλεμον αὐτῷ
C προειπόντα ἐλαύνειν. Τζαγνισᾶς δὲ οὗτος, ὡς καὶ πρότερόν μοι ἐδηλοῦτο, τελῶν ἐς τοὺς μέλανας Μαυροπροβατάντας οὕτω καλουμένους, τοὺς Καραισούφεω παῖδας τήν τε Δαβριζίην ἀφελόμενος συνήλασέ τε αὐτοὺς ἐπὶ Σαματίην πόλιν. ὥρμητο δὲ ἀπὸ Παγδατίης τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐπολιόρκει, καὶ τὴν Ἀρμενίων χώραν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἐς τὴν Ἐρζι-

11. ἀλλήλους P

isto ex ordine deturbavit et milites esse iussit. etiam canum curatores ab isto officio movit, inquiens sibi sufficere centum viros, qui canes, et quingentos, qui accipitres curent. nec se eo stultitiae processurum ut velit alere hominum tantam multitudinem propter rem quandam vanam et novam.

Adiuvit Demetrium Peloponnesiacum principem in eo bello quod cum fratre gessit, cui regione cedere recusabat. misit ei auxilio Turachanem, ut Isthmum penitus destrueret. Thomas quidem in gratiam rediit cum fratre, ut in posterum inter se amici et hospites forent. urbem Calamatam ei dedit pro Scortorum regione, quam fratri ademptam possidebat.

Haec quidem hactenus. Tzanises Cariasuphis filius legationem misit ad regem, petens ne regionem Sebastiae finitimam popularetur. * * * * * butyri et mille camelos. caeterum omisit bello eum petere, quamvis prior bellum indixisset hostis. Tzanizes autem ille pertinet, ut supra memoravimus, ad nigros Mauroprobatantes dictos, qui Cariasuphis filios privatos Dabriza compulit in Samatiam urbem; quos profectus a Pagdacia Babylone obsidione premebat. deinde subiugans Armeniam, exercitum movit contra Erzeganam Armenorum re-

γανὴ τὰ τῶν Ἀρμενίων βασίλεια ἐπελαύνων παρεστήσατο, ἔχων στρατὸν ἀμφὶ τὰς ὀκτὼ μυριάδας ἱππέας. καὶ ἐπελαύνων οὗτος ἐς τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν χώραν τοῦ Μεχμέτεω ἐληίζετο. οἱ μὲν οὖν περὶ Σεβάστειαν, ὥστε σφῶν τὴν χώραν μὴ φέρειν αὐτόν, βουτύρου τε ἱκανὰ φορτία ἐφέροντο καὶ ἀσινῇ τὴν χώραν ἐνέμοντο. [ὑπὸ] τούτου μὲν οὖν τὴν χώραν τοῦ Καραισούφεω παιδὸς Τζοκίης τῶν Τεμήρεω ἀπογόνων, ὡρμημένος ἀπὸ Σεμαρχάνδης κατεστρέφετο, καὶ τήν τε Παγδατίην πόλιν τῆς Βαβυλῶνος ἐπολιόρκει, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι ἐλέγετο, καὶ Χασάνην τὸν μακρὸν καλούμενον ἐς τήνδε τὴν κάτω Ἀσίαν καὶ ἐπὶ Ἀρμενίαν πέμπων τὰ ἐς τὴν χώραν ὑποχείρια ἐποιεῖτο. ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο.

giam sedem, eamque occupavit, habens in suo exercitu circiter octo myriades hominum. hinc movens ingressus est in Asiam, et Mechmetis regionem vastare aggressus est. qui circa Sebastiam colebant, ne ipsorum regio vastaretur, butyri magna onera portabant, et suam regionem a populationibus illaesam retinebant. Tzokies unus de numero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariasuphis filii regionem subegit. praeterea Pagdaciam Babylonis urbem, ut supra edocuimus, obsidione cinxit. Chasanem cognomento Longum in inferiorem Asiam et Armeniam mittens, omnia quae ad istam regionem pertinebant in potestatem accepit. haec quidem hactenus

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE ATHENIENSIS HISTORIARUM DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM LIBER OCTAVUS.

1452 P. 201 V. 157 *Τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω, παρασκευασάμενος ἄσβεστον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὡς πλεῖστον, ᾠκοδόμει τὴν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατὰ τὴν Προποντίδα ἐν τῷ Βοσπόρῳ, ᾗ στενώτατόν ἐστι διαβῆναι ἀπὸ Ἀσίας, πολίχνην Λαιμοκοπίην καλουμένην. καὶ σύμπαντας μὲν συνήθροιζεν ἐνταῦθα τούς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, καὶ ἐπιδιελόμενος ἐς μοίρας τὴν πολίχνην ταύτην τοῖς τε στρατηγοῖς καὶ ὑπάρχοις ᾠκοδόμει. τοῦτο δὲ ἐποίει ὥστε ἀσφαλῆ αὐτῷ εἶναι τὴν ἐς*

Appetente iam aestate Mechmetes Amuratis filius, praeparans in Asia plurimum calcis, condere instituebat in Europa, iuxta Propontidem in Bosporo, qua via ad transfretandum ex Asia artissima est, urbem Laemocopiam nuncupatam. universos qui in Europa et Asia erant, ad id opus percipiendum evocabat. qui cum impigre advenissent, aedificare auspicati sunt, cum prius in singulos duces et praefectos opus universum fuisset distributum. causa quae regem ad eam ur-

τὴν Ἀσίαν διάβασιν, καὶ μὴ τοὺς ἑσπερίους δύνασθαι ἐπιόντας τριήρεσι διακωλύειν αὐτῷ τὴν διάβασιν καὶ καινοτομεῖσθαι τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ αὐτῷ πράγματα. μέγα δὲ προφέρειν P. 202
αὐτῷ ἔμελλε καὶ ἐς τὴν Βυζαντίου πολιορκίαν. ᾠκοδόμει δὲ
πύργους τρεῖς μεγίστους πάντων ὧν ἴσμεν, δύο μὲν κατὰ τὴν ἤπειρον, ὡστε ὡρμημένοι ἀπὸ τούτων ἀμύνειν τῷ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἐρχομένῳ, τοῦτον δὲ μέγιστον ἐπῳκοδόμει, καὶ μολίβδῳ τοὺς πύργους ἐστέγετο. τὸ δὲ πλάτος τοῦ τείχους πόδας δύο καὶ εἴκοσι, τῶν δὲ πύργων καὶ πλέον τούτων, τριάκοντα. ὡς δὲ ἐπιτετείχιστο ἐς τρεῖς μῆνας, ἐπέδραμέ τε αὐτίκα τὴν Βυζαντίου χώραν, πόλεμον αὐτῷ ἐξενεγκών.

Τοῦ δ' ἐπιγινομένου χειμῶνος Τουραχάνην ἔπεμπεν ἐπὶ Πελοπόννησον, πολεμῶν ἅμα καὶ τοῖς βασιλέως Ἑλλήνων ἀδελ- B
φοῖς. οὗτος μὲν οὖν λαβὼν τὸ Θετταλίας τε καὶ Εὐρώπης
στράτευμα, ὅσον ἐπὶ Φερῶν ἐς τὴν τοῦ Εὐρώπης στρατηγοῦ τάττεσθαι μοῖραν, ἐστρατεύετο ἐπὶ Πελοπόννησον, τούς τε παῖδας αὐτοῦ ἅμα ἀγόμενος καὶ ἄρχοντας τῶν Θετταλίας καὶ Μακεδονίας πόλεων. καὶ ἐσβαλὼν ἐπορεύετο τὴν μεσόγαιον, Ἀρκαδίαν τὸ παλαιὸν καλουμένην, καὶ διὰ Τεγέης
καὶ Μαντινείας ἐλαύνων κατῄει ἐπὶ τὴν Ἰθώμην καὶ Μεσηνίαν χώραν, καὶ λησάμενος ἐπὶ ἡμέρας συχνὰς τὰ τῇδε ὑποζύγια Νεοπολίχνην παρεστήσατο. καὶ Σιδηροπολίχνην πολιορ- C

7. τρίτον?

bem extruendam impulerat, haec erat, videlicet ut transitus in Asiam sibi facilis esset, et ne Occidentales venirent, navibusque traiectum impedirent, novasque res in Asia molirentur. eam urbem plurimum quoque conferre iudicabat ad Byzantii oppugnationem. turres etiam tres, quas maximas novimus, posuit. duas extruxit iuxta continentem, ut ab his progressi irruere possent in naves quae mare legerent. harum alteram fecit maximam. turres praeterea plumbo intexit. latitudo muri erat pedem viginti duorum: at turrium latitudo erat maior, continens triginta pedes. cum muri iam starent, quos operae intra tres menses absolverant, impetum dedit in Byzantii regionem, ex professo cum Byzantiis bellum gerens.

Hieme iam instante Turachanem in Peloponnesum misit, ut ibi bello lacesseret Graecorum regis fratres. hic assumpto Thessaliae et Europae exercitu, quantus Pherris erat et Europaeo duci parebat, profectus est contra Peloponnesum, adhibitis etiam suis filiis. additi sunt huic et Thessaliae Macedoniaeque urbium principes. omnibus igitur paratis per mediterraneam, quam olim Arcadiam dixere, et per Tegeam Mantineamque exercitum ducens, venit in Ithomae et Mesenae regionem. cum autem diebus multis iumentorum praedas ex ea egisset, tandem etiam Neopolichnem cepit. obsidione deinde Side-

κῶν, ὡς οὐκ ἠδύνατο ἑλεῖν, ἀπήγαγε τὸν στρατόν, ἐξελαύνων διὰ τῆς ὁδοῦ. ἐνταῦθα ἐξελαύνοντος αὐτοῦ ὁ νεώτερος Ἀχμάτης ἑάλω ὑπὸ Ἀσάνεω τοῦ ἡγεμόνος γυναικὸς ἀδελφοῦ,
V. 158 ἐνεδρεύσαντος ταύτῃ περὶ Μυκήνης χώρας, ᾗ ἔμελλεν ἐξελαύνων διὰ τῆς ὁδοῦ διεξιέναι. τοῦτον μὲν οὖν ἀπαγαγόντες ἐς Σπάρτην παρὰ τὸν ἡγεμόνα εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς ὃ δὴ ἀπέδωκαν.

Τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους ἅμα ἦρι εὐθὺς καθισταμένῳ ἐστρατεύετο ὁ Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν Βυζαντίου πόλιν, καὶ πρότερον μὲν εὐθὺς διανοούμενος, ἐπεί τε ἐτετεί-
D χιστο αὐτῷ τὴν ἐν τῇ Προποντίδι Λαιμοκοπίην καλουμένην πόλιν. καὶ χειμῶνος τὸ τῆδε εὐθὺς ἔτι ἐπηρτημένου περιαγγέλλων ἁπανταχῇ τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης ἐς τὴν πάραλον ναυπηγεῖσθαι, πλοιά τε καὶ τριήρεις παρεσκευάζετο, τηλεβόλους ποιούμενος μεγίστους δὴ ὧν ἡμεῖς ἐς ἐκεῖνον ἴσμεν τὸν χρόνον ἄλλῃ πῃ γεγονέναι. ὡς δὲ ἐδόκει αὐτῷ ἤδη ὥρα εἶναι ἐξελαύνειν, ἔπεμπε μὲν πρῶτα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατηγὸν Σαρατζίαν παραλαβόντα τε τὸν τῆς Εὐρώπης στρατόν, τούς τε τηλεβόλους ἄγειν ἐς Βυζάντιον ἄλλας τε μηχανᾶς καὶ δὴ καὶ τηλεβόλον μέγαν. εἶναι δὲ τοῦτον τὸν τηλεβόλον ὡς ζεύγη βοῶν ἕλκειν ἑβδομήκοντα καὶ ἄνδρας ἐς δισχιλίους.
P. 203 ἀφικόμενος μὲν οὖν οὗτος καὶ πρότερον τοὺς ἐν τῇ Βυζαν-

16. ποι P

ropolichnem circumvenit; quam cum suae ditionis facere non posset, exercitum abduxit. cum autem cum exercitu proficisceretur, Achmates iunior Turachanis filius captus est ab Asane, qui erat frater uxoris quam duxerat Peloponnesi princeps. hic enim ei insidias struxit circa Mycenarum regionem, qua erat iter facturus hostis. Achmatem captum deduxerunt in Spartam ad principem, eumque donec suis restitueretur, in vinculis habuere.

Aestate deinde sequente, ubi primo ver apparuit, Mechmetes Amuratis filius expeditionem contra Byzantium sumebat. iam antea istam expeditionem mente conceperat, verum prius in Propontide urbem Laemocopiam aedificare volebat. cum autem hiems adhuc saeviret, edicit ut omnes qui in Asia quique in Europa agerent, ad maritima loca convenirent ad classem fabricandam. naves et triremes fabricabantur. bombardas fieri curavit maximas, quantas novimus ea tempestate nunquam extitisse. cum iam tempus postulare videret ut ipse bello se immisceret, Europae ducem Saratziam iubet cum exercitu Europae praecedere; bombardas et reliquas belli machinas, necnon bombardam maximam Byzantium subvehere. tanta huius bombardae magnitudo extitit, ut a septuaginta iugis boum et a viris bis

τίου χώρᾳ πύργους, ἐς οὓς διεσώζοντο οἱ περὶ τὰ ἔργα ἀγροῖκοι ἄνδρες, τοὺς μέν ἐξεπολιόρκησε λιμῷ, τοὺς δὲ καὶ ἑλὼν κατὰ κράτος τοὺς ἄνδρας ἀπαγαγὼν κατέσφαξε. καὶ τότε δὴ ὡς ἀφίκετο ἐπιών, ἐπέδραμε τὴν Βυζαντίου χώραν. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπελαύνων καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐστρατοπεδεύετο ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ δεξιᾷ χῶρον τοῦ βασιλέως ἐς τὰς χρυσέας καλουμένας πύλας ἐστρατοπεδεύετο τὸ τῆς Ἀσίας ἅπαν στράτευμα, ἐς δὲ τὸ εὐώνυμον χωρίον κατὰ τὴν ξυλίνην καλουμένην πύλην ὁ τῆς Εὐρώπης στρατός· ἐν μέσῳ δ' αὐτὸς ἵδρυτο βασιλεύς, ἔχων τε τοὺς νεήλυδας καὶ τῶν θυρῶν ὅσοι εἰώθασι περὶ βασιλέα σκηνοῦν. Ζάγανος δὲ ὁ τοῦ βασιλέως κηδεστὴς ἐστρατοπεδεύετο B ἐς τὸν καταντικρὺ χῶρον ὑπὲρ τὴν Γαλατίαν πόλιν. λέγεται δὲ γενέσθαι ξύμπαντα τὸν στρατὸν ἀμφὶ τὰς τεσσαράκοντα μυριάδας. τῶν δὲ ὑποζυγίων διαπλασίω ἂν τούτων ἀριθμὸν ξυμβαίνει γενέσθαι ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον· ὑποζύγια γὰρ νομίζεται ἐς τὸ στρατόπεδον περιάγεσθαι πολλαπλάσια τῶν ἀνθρώπων, ὥστε σιτία ἐπιφέρεσθαι ἱκανὰ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἵπποις τε καὶ ἀνδράσι. μόνοι δὲ οὗτοι ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀσφαλιζόμενοι σφίσι τὰ ἐπιτήδεια, ὅποι ἂν στρατεύωνται, ὥστε αὐτάρκη εἶναι αὐτοῖς, καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους ὡς πλείστας περιάγονται ἐς τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἡμιόνους ἐς τὴν ἄλλην αὐτῶν εὐδαιμονίαν, C

mille trahenda fuerit. Saratzias ubi advenit Byzantium, turres, in quas agricolae se recipiebant fugientes hostem, quasdam fame expugnavit, quasdam vi cepit; viros inde abductos necavit. etiam Byzantii regionem gravissime populationibus afflixit, nec multo post secutus est rex ipse, et castra posuit quae ab una maris parte in altera porrigebantur. in eo loco qui a dextris regi erat, usque ad eum locum qui Aureae portae dicitur, castrametatus est Asianus exercitus. in sinistra parte iuxta locum qui Lignea porta appellatur, Europae exercitus tendebat. in medio regia castra sita erant cum peregrinis et ianuae militibus, qui castra circa regem ponere consuevere. Zaganus regis affinis e regione supra Galatiam urbem castra communierat. quadraginta myriades hominum dicuntur tum temporis in exercitu regis fuisse. numerum autem iumentorum apud omnes constat duplo maiorem fieri, ut satis alimenti pabulique equis hominibusque esset. soli etenim Turci, quod sciam, sibi necessaria semper apportant, quocunque tandem bellandi gratia proficiscantur. praeterea, ut commeatuum copia abundent, camelos et mulos quamplurimos, ut in necessariis serviant, secum ducunt. mulos quidem habent propter aliam ipsorum felicitatem. singuli vero equos camelos mulosque pulchrio-

αὐτός τις ἕκαστος ἵππους τε καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους τοὺς καλλίους ἑαυτῷ ἐπειγόμενος ἐνδείκνυσθαι. παραγενομένῳ δὲ βασιλεῖ οὐ πολλῷ ὕστερον παρῆν καὶ ὁ στόλος αὐτῷ διὰ θαλάσσης, τριήρεις μὲν ὡς τριάκοντα, πλοῖα δὲ μικρὰ ἀμφὶ τὰ διακόσια.

Ἕλληνες μὲν οὖν ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τὸν βασιλέως στόλον, διὰ θαλάσσης πέδας σιδηρᾶς διατείνοντες ἀπὸ τῆς καταντικρὺ πόλεως ἐς τὸ τεῖχος τοῦ Βυζαντίου, παρὰ τὴν ἀκρόπολιν καλουμένην, καὶ τὰς τε ναῦς, ὅσαι ἔτυχον παραγενόμεναι αὐτοῦ, αἱ μὲν μετὰ ξυμμαχιῶν αἱ δὲ καὶ ἐμπορίας χάριν, φέροντες καθίστασαν ἐς τὰς πέδας. καὶ οὕτω διενοοῦντο διακωλύειν τὸν βασιλέως στόλον μὴ παριέναι εἴσω
D ἐς τὸν Βυζαντίου λιμένα. διήκει γὰρ ἐντὸς ἐπὶ σταδίους κατὰ μὲν τὴν πόλιν ὀγδοήκοντα, ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἤπειρον τῆς χώρας ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ταύτης τῆς πόλεως οὐ πάνυ τι ὀχυρὸν ὂν οὔτε ῥεύματα ἔχει μεγάλα, ὥστε τὰ πλοῖα παραπλέοντα πράγματα ἔχειν. κατ' ἤπειρον δὲ ἐστὸν δύω τείχεε τῆς πόλεως, τὸ μὲν μέγα τε καὶ ἄξιον λόγου, τὸ δὲ ἔλαττον, ἐκτὸς ἐς τὴν τάφρον ὑπερκείμενον. τάφρος δὲ ἔπεστιν ᾠκοδομημένος λίθοις, τὸ εὖρος πλεθριαία. τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις ἐδέδοκτο παρατασσομένοις ἐς τὸ ἐκτὸς τεῖχος ἀμύνεσθαι, οἷα τῷ τάφρῳ ὑπερκείμενον, κατὰ τὰ πρὶν δεδογμένα σφίσιν ἐπὶ
P. 204 Ἀμουράτεω, ὅτε ἐπολιόρκει τὴν πόλιν.

res ostentandi gratia adducunt. rex cum venisset Byzantium, haud multo post secuta est classis regia, in qua erant triremes triginta, naves minores ducentae.

Graeci ubi intellexere adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe quae ex adverso erat, extenderunt in Byzantii murum prope arcem. naves praeterea quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia quaedam mercium appulerant, intra catenas sistunt, ut aditu regiam classem excluderent, ne intra portum veniret. is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, et in continentem se porrigit stadiis centum et quinquaginta. urbis quidem illius moenia haud admodum firma sunt, nec admodum magna flumina habet, ut naves advenientes periclitentur. qua vero urbs spectat continentem, muros habet duos firmissimos. unus magnus et memorabilis est, alter extra situs est, verum praecedenti minor, fossam subiectam habens latitudine iugeri, lapidibus extructam. rex cum Graecis deliberabat ubinam resistendum esset hosti. tandem visum est ut irent in exteriorem murum, qui fossa munitus erat, et repugnarent hosti, quemadmodum fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnaverat.

Βασιλεὺς μὲν οὖν αὐτίκα τάς τε μηχανὰς καὶ ἄλλας ἄλλῃ τῆς πόλεως προσέφερε, καὶ τούς τε τηλεβόλους δύο ἱδρυσάμενος ἔτυπτε τὸ τεῖχος. ἵδρυτο δὲ ὁ μὲν τῶν τηλεβόλων κατὰ τὰ ἐκείνων βασίλεια, ὁ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ καλουμένην πύλην, ᾗ δὴ καὶ αὐτὸς ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς. ἱδρυντο μὲν καὶ ἄλλῃ πολλαχῇ τοῦ στρατοπέδου τηλέβολοι, βάλλοντες ἐς τοὺς Ἕλληνας· οὗτοι δὲ δύο μέγιστοι λίθον ἕκαστος ἡφίεσαν διτάλαντον καὶ ἐπέκεινα. τοὺς δὲ λίθους μέλανας ὄντας λέγεται ἐνεγκεῖν, οἷς ἐπέτακτο, ἀπὸ Εὐξείνου πόντου ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. τηλεβολιστὴς δ' ἦν τοῦ B βασιλέως τοὔνομα Ὀρβανός, Δᾶξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ' Ἕλλησι διατρίβων, καὶ τούς τε Ἕλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος βίου, ἀφίκετο παρὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως· ὃς τότε δὴ μεμισθωμένος πολλοῦ παρεσκευάσατο τοὺς τηλεβόλους. ἡφίεντο δὲ οὕτω. πρῶτα μὲν ἐλάττους τηλεβόλους δύο παρὰ τὰ πλάγια τοῦ μεγάλου ὄντες ἡφίεντο, λίθον ἐπαφιέντες ἡμιτάλαντον. καὶ οὗτοι μὲν οἱ δύο λίθοι φερόμενοι ἐδήουν τὸ τεῖχος. μετὰ δὲ τοὺς δύο λίθους ἡφίετο καὶ ὁ μέγας λίθος, τρία τάλαντα ἐν σταθμῷ ἔχων, καὶ μέγα μέρος κατεβάλ- C λετο τοῦ τείχους· ὁ γὰρ λίθος δαιμονίᾳ φερόμενος ῥύμῃ καὶ φορᾷ ὑπερφυεῖ ἐλυμαίνετο ἀνηκέστως. λέγεται δὲ τὸν ψῦφον αὐτοῦ ἀμήχανόν τινα ὄντα ἐπέχειν τὴν γῆν πέ-

21. *ὑπερφυᾷ* P

Rex Mechmetes continuo machinas plurimas urbi admovit. bombardas duas expediebat, quibus moenia sterneret. unam opposuerat regali Graecorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam portam, ad quam regis castra erant. erant autem bombardae per castra undique dispersae, quae globulos in Graecos iactabant. bombardae quas rex habebat, duae maximae emittebant lapidem qui appendebat talenta duo aut amplius. lapides hi nigri erant, et apportabantur ab Euxino ponto per eos quibus rex id negotii dederat. bombardarius regis nomine Orbanus genere Dacus erat, et antea conversatus erat cum Graecis. deinde relinquens Graecos inopia rei familiaris, accesserat ianuas regis. hic ab rege conductus magno pretio bombardas parabat. ea autem tempestate qua Byzantium oppugnabatur, bombardae duae, quae stabant ab utroque latere maioris bombardae, incendebantur. hae emittebant lapidem cuius pondus erat dimidium talentum. hae itaque cum globos suos torquerent, muri lapides perfringebant. eos deinde sequebatur bombarda maxima, quae torquebat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, et magnam muri partem sternebat. nam is globus mirum in modum magno impetu latus graviter omnia dissipabat. bombardae huius tonitru tantum esse traditum est, ut finitima regio usque ad quadraginta stadia

ριξ ἐπὶ σταδίους τεσσαράκοντα σειομένην. κατεβάλλετο μὲν τὸ ἐκτὸς τεῖχος καὶ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, καὶ τὸ ἐντὸς ἅμα ἐτύπτετο. ἠφίει δὲ τῆς ἡμέρας ὁ τηλέβολος λίθους ἑπτά, καὶ ἕτερον τῆς νυκτός, κομισάμενος τῆς ἡμέρας τὸ σημεῖον, ᾗ ἔδει αὐτὸν ἀφιέναι. καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ἐκπληξίς τε ἅμα καὶ δέος ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ νεήλυδες καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου στεγάσματα πίλοις
D λευκοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς παρασκευασάμενος, ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἐς τὸ τεῖχος φέροντες καὶ ἐς τὴν τάφρον τῆς πόλεως, καὶ τὸ ἐκτὸς τῆς τάφρου κατορύσσοντες, καὶ ὁπὰς ποιησάμενοι, ἔβαλλον τοὺς Ἕλληνας τηλεβόλοις καὶ ἐτόξευον, οὔτε ὁρώμενοι οὔτε ἄλλο ἀνήκεστον πάσχοντες ὁτιοῦν πρὸς τῶν Ἑλλήνων· οὐ γὰρ οἷά τε ἦν. ὠρύσσετο μέντοι καὶ ὀρύγματα τῷ βασιλεῖ ὑπὸ γῆν φέροντα ἐς τὸ τεῖχος. καὶ οἵ τε ὀρυκταὶ τοῦ βασιλέως πύργους καθίστασαν ἐπὶ ξύλων μετεώρους τέσσαρας καὶ ἐπὶ πύργια, ὡς αὐτίκα πῦρ ἐνήσοντες ἢ αὐτά. οὐ μέντοι γε προε-
P. 205 χώρησε τὰ ὀρύγματα· οἱ γὰρ Ἕλληνες ὡς ἤσθοντο τοὺς πολεμίους ὀρύσσοντας, ἐνδοθεν ὤρυσσον καὶ αὐτοί, καὶ προϊόντες εὗρον τοὺς βασιλέως ὀρυκτάς, καὶ ἐξέωσαν πῦρ ἐνέντες, καὶ ἐπεκράτησαν τῶν ὀρυγμάτων. ἐπεποίητο μὲν καὶ πύργος ξύλινος ἐπιμήκης, καὶ κλίμακες ἐν αὐτῷ ὡς πλεῖστοι ἐς τὸ ἄνω
V. 160 τοῦ πύργου, ὡς διὰ τούτων πειρασομένων τοῦ τείχους καὶ ὑπερβαλλομένων.

concuteretur. murus externus necnon turres bombardis disiiciebantur. etiam internus murus bombardis arietabatur. bombarda maxima interdiu septem eiaculabatur globos, noctu unum, qui diei signum erat, et indicabat ubinam eo die globos torqueri oporteret. et quidem primo terror iniiciebatur Graecis maximus. at peregrini et reliquus exercitus, parantes tegmenta et pluteos ex lanis coactis rubris et albis pro castris, subibant murum et ingrediebantur fossam urbis satis muniti et tecti iis tegmentis. praeterea perfodientes eum locum qui extra fossam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulis et sagittis graviter afflixere Graecos, cum interim ipsi nihil mali ab his paterentur, nec videri possent. nam ne nocere quidem Turcis Graeci, etsi maxime voluissent, poterant. rex quoque curavit effodi cuniculos, qui in urbem ferrent. fossores, qui cuniculos agebant, excitarunt turres quattuor excelsas, quae insistebant machinis ligneis, et alia propugnacula, ex quibus illico ignem iacularentur in hostem. cuniculi tamen haud prosperum invenere eventum. nam Graeci, ut sensere hostem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt, eosque iniecto igne expulere cuniculis, cuniculosque obtinuere. Turci parabant turrim ligneam excelsam admodum. in suprema eius parte ponebantur scalae plurimae, quasi isto propugnaculo freti murum tentare et superare vellent.

Ταῦτα μὲν οὖν κατ' ἤπειρον παρεσκεύαστο τῷ βασιλεῖ ἐς τὴν πολιορκίαν· κατὰ δὲ τὴν θάλατταν, ὡς οὐκ ἠδύναιο παριέναι εἴσω ἐς τὸν λιμένα ὥστε πανταχῇ τῇ πόλει προσβάλλειν, ἐδόκει αὐτῷ ἄνω κατὰ τοῦ Ζαγάνου στρατόπεδον ἀνελκύσαντα ὑπερείδειν τὰ πλοῖα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτῃ μὲν B *ἄνω διὰ τοῦ ὄρους διέζευξε τὰ πλοῖα, παρεσκευασμένα ἱστίοις τε καὶ κώποις, ἐλκόμενα ἐς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος. διεβίβασε δὲ πλοῖα ἐς τὰ ἑβδομήκοντα, πεντηκοντόρους τε καὶ τριηκοντόρους, καὶ οὕτω παρεσκευάζετο ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ἐπιπλευσούμενα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτῃ κατὰ τὸν αἰγιαλὸν οἱ τοῦ βασιλέως παρασκευασάμενοι τηλεβόλοις διενοοῦντο ἀμύνεσθαι, ἤν τις ἐπίῃ διακωλύσων τὰ πλοῖα καθέλκειν ἐς τὴν θάλασσαν. Ἕλληνες γὰρ ὡς ἑώρων τὰ πλοῖα ἕτοιμα κατὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος πληρώσαντες πλοῖα ὅσα ἐπῆν αὐτοῖς, καὶ ἐπιόντες κατακαῦσαι, ἤν δύνωνται, τὰ πλοῖα. καὶ ἐπεί τε ἔδοξεν, ἐποίουν οὕτω, καὶ πληρώσαντες πλοῖα καὶ* C *ἐξοπλισάμενοι ἐπῆσαν ὡς κατακαύσοντες, ὥσπερ ἔχουσιν ἀνειλκυσμένα τὰ πλοῖα. οἱ μέντοι Τοῦρκοι αἰσθανόμενοι αὐτοὺς ἐπιόντας, καὶ ἀφιέντες τοὺς τηλεβόλους, διέφθειραν τῶν πλοίων δύο τριηκοντόρους. καὶ τὰ μὲν πλοῖα εὐθὺς κατεδύετο, οἱ δὲ ἄνδρες, ὅσοι μὴ ἠπίσταντο νήχοντες, εὐθὺς ἀπώλοντο. τούτων δ' αὖ ὅσοι ἐξένευσαν ἐς τὸν αἰγιαλὸν παρὰ*

1. *παρασκεύασιο* P 15. *καὶ*] *ὡς*?

Haec quidem in continenti fiebant, si quo modo tandem urbis oppugnatio procederet. quo pacto autem urbs illa mari oppugnari coepta sit, nunc exponam. cum non posset naves a mari appellere intra portum, ut urbs simul terra marique oppugnationem sustineret, statuit supra, iuxta Zagani castra, navigia reflectere, ibique ea quasi munimentum contra portum collocare. et hic quidem in superiore parte per montem navigia transportavit, quae velis remisque instructa in litus portus egit. in hunc modum naves transmisit septuaginta, necnon alias naves, quae tribus et quae quinque impelluntur remis. omnia sic erant ordinata quasi in crastinum intra portum navigare vellent. in litore stabant milites parati propulsare hostes bombardis, si accederent, prohibituri deducere naves. Graeci ubi animadverterunt naves hostiles in littore portus stare, naves quotquot ad manus erant militibus impleverunt, conantes accedere et regis naves incendere. Graeci, ubi primum haec sententia recepta est, id facere aggressi sunt. implentes itaque navigia armatis profecti sunt, ut comburerent naves regis in portu stantes. Turci ut intellexerunt Graecos accedere, bombardas arripientes naves Graecorum duas corruperunt, quae continuo mergebantur. viri qui natare nesciebant, a Turcis ca-

Haec ut allata sunt ad regem Mechmetem, nempe legatos suos foede a Blado Daciae duce peremptos, et Chamuzem, virum inter ianuas primarium, adeo contemptim et ignominiose periisse, dolorem et maerorem regi moverunt quemadmodum verisimile est. illud autem longe gravissimum ducebat, si despiceret viros tantos talesque quos amisisset, nec ultionem exigeret, praesertim cum eo iniuriarum et contumeliae processisset Bladus ut nec ab legatis violandis abstinuerit. dolebat praeterea regi, Bladum Istro transmisso magna manu suam regionem incendisse, et magna suorum caede edita in Daciam rediisse. verum quod tanta crudelitate legatos suos tractasset, reliquis maius et atrocius iudicabat. itaque edixit, annuntians optimatibus suis et aliis, ut quam pulcherrime armis instructi cum exercitibus adveniant, atque una secum in militiam proficiscantur. et quidem hoc pacto expeditionem contra Dacos suscepit rex. ferunt praeterea Mechmetem ducem, antequam caedes legatorum et Chamuzis praefecti et regionis incendium nuntiaretur, indicasse regi quae fecissent Daci viris regiis. quibus auditis graviter indignatus est; etiam viro qui haec exposuerat, verbera inflixit. nec enim turpe

βασιλέως οὐ πάνυ τι αἰσχρὸν εἶναι, τούτους οὓς ἀπὸ ἀνδραπόδων καὶ μὴ Τούρκων παῖδας αὐτῷ ἐς τὴν ἀρχὴν παραγενομένους. κήρυκας μέντοι πέμπων ἅπανταχῇ ἐκέλευεν αὐτῷ παρεῖναι τὴν στρατιὰν ἐξωπλισμένην καλῶς, καὶ τοὺς ἱπποδρόμους αὐτῷ ἕπεσθαι ξύμπαντας ἐς τήνδε τὴν στρατείαν. οἱ δὲ τοῦ βασιλέως κήρυκες οἱ τὰς ἀγγελίας φέροντες αὐτῷ ἐς τὴν χώραν καὶ οἱ ἄγγελοι, ἐπειδάν τι νεώτερον ξυμβαίνοι, ἐπὶ τὰς θύρας ἀφικνούμενοι ταχίστῳ δρόμῳ ὀλίγων πάνυ ἡμερῶν μεγίστους δρόμους διανύουσιν ὧδε. ἵππον ὃν ἂν ἐν τῇ ὁδῷ διελαύνων θεάσηται, τὸν μὲν ἱππέα αὐτίκα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταβιβάζει, αὐτὸς δὲ ἀναβὰς ἐλαύνει καὶ ἀκράτος, καὶ ὁ ἵππος ἐς τόδε διανύσαι οἷός τε ἦν. μετὰ δὲ ἄλλον εὑράμενος καταβιβάζει, τὸν δὲ ἵππον τὸν πρότερον παραδίδωσι τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ οὕτω βραχὺ διαναπανόμενοι μέγιστον διανύουσι δρόμον. ἐζώννυντο δὲ καὶ τὸ σῶμα ἅπαν, ὥστε μὴ ἄγαν πονεῖν ἢ κάμνειν σφίσι τὸ σῶμα, ἐπεὶ θέοιντο. καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς Ἀδριανούπολιν κήρυκας ἴσμεν ἐν πέντε ἡμέραις ἀφικομένους, ὁδὸν πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ἀνδρὶ ἱππεύοντι ἐς τὰ μάλιστα. καλοῦνται δὲ οὗτοι οἱ κήρυκες οὐλάκιδες.

Ἐπεί τε δὴ τὰ στρατεύματα παρεσκεύαστο τῷ βασιλεῖ, ἐπὶ Δακίαν ἐστρατεύετο ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου. μέγιστον δὲ

1. ἐς τούτους τοὺς? 9. διανοοῦσιν R, διαιελοῦσιν P 11. καταβιβάζειν P ἐλαύνοι P

habetur in ianuis regis flagris caedere eos quos ex mancipiorum numero nec de Turcorum filiis in regnum suum transtulerit. rex igitur per universum regnum dimittens praecones edixit ut exercitus bene instructi et armati ad se adveniant; equites praeterea omnes ad hanc expeditionem concivit. praecones regii, qui regis voluntatem per universam regionem nuntiant, et nuntii, si quid novarum rerum inciderit, ad ianuas regis festinant, et citissimo gradu intra paucos dies maximos cursus peragunt. si quis ex eorum numero in itinere equum cernit, equitem confestim ex eo deponit; conscendensque ipse equum iter maturat, impellens equum quantum potest. deinde si alium invenerit, eundem similiter conscendit, et equum fatigatum isti homini tradit. et in hunc modum equos quieti tradentes, maximos conficiunt cursus. corpus totum cingunt, ne doleat vel aegrotet corpus quando currunt. ex Peloponneso Adrianopolim scimus regios praecones venisse intra quinque dies. hoc iter intra decem et quinque dies eques aegre peragere potest, etsi maxime festinet. hi praecones nominantur ulacides.

Copiae universae regis cum instructae convenissent, primo vere

Digitized by Google

τοῦτον στρατὸν γενέσθαι φασί, δεύτερον μετά γε τὴν ἐς τὸ V. 109
Βυζάντιον ἐπέλασιν τοῦ βασιλέως τοῦδε. λέγεται δὲ τοῦτο
τὸ στρατόπεδον κάλλιστον μὲν γενέσθαι τῶν ἄλλων στρατοπέ-
δων, καὶ κόσμον πολὺν παρέχεσθαι ἔστε τὰ ὅπλα σφίσι καὶ
ἐς τὴν σκευήν, γενέσθαι δὲ ἀμφὶ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυ-
ριάδας στρατοῦ. καὶ τοῦτο λογίζεσθαι ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν τοῦ
πόρου τοῦ Ἴστρου ἐμποριστῶν, ὧν ἐξωνησαμένων ἀπὸ βασι-
λέως τὸν πορθμὸν ἐς τριάκοντα μυριάδας χρυσίου στατῆρας,
λέγεται χρήματα μεγάλα κερδᾶναι. κατὰ τὴν ἤπειρον ὁ στρα-
τὸς ὁρμώμενος ἀπὸ Φιλιππουπόλεως, κατὰ δὲ θάλατταν πληρώ- D
σας τριήρεις ἀμφὶ τὰς εἴκοσι καὶ πέντε καὶ πλοῖα εἰς ἑκατὸν
καὶ πεντήκοντα, ἐπορεύετο εὐθὺ τοῦ Ἴστρου ὡς διαβησόμενος
διὰ τῆς Βιδίνης πόλεως. ἐκέλευε δὲ πλέειν ταῦτα τὰ πλοῖα
διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐπὶ τὸν Ἴστρον. καὶ ὁ στόλος, ὡς
ἐνετέλλετο βασιλεύς, διὰ τοῦ Πόντου ἐπέπλει ἐς τὸ τοῦ
Ἴστρου στόμα, καὶ ὡς ἐς τὸ στόμα ἐγένετο, ἀνήγετο ἐπὶ τοῦ
ποταμοῦ ἐπὶ τὴν Βιδίνην. καί ποι καὶ ἀπόβασιν ποιησάμενος
ὁ στόλος τάς τε οἰκίας ἐνεπίμπρα, καὶ ἔκαιε τήν τε Πραΐλα-
βον πόλιν τῶν Δακῶν, ἐν ᾗ καὶ ἀγορὰν παρέχονται βελτίω
ἁπασῶν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, πῦρ ἐνιέντες ἐνέπρησαν. εἰσὶ δὲ P. 269
αἱ οἰκίαι ξύλιναι ὡς τὸ ἐπίπαν. Δᾶκες γὰρ ὡς ἐπύθοντο βα-
σιλέα ἐπιέναι ἐπὶ σφᾶς, τὰς μὲν γυναῖκας καὶ παῖδας ὑπεξέ-

profectus est contra Daciam. tradunt hunc exercitum regis fuisse maximum, et secundum magnitudine ei quem contra Byzantium ductarat iste rex. verum constat illum exercitum fuisse reliquis pulchriorem, et plurimum momenti tum in armis tum in reliquo belli apparatu habuisse. eo autem tempore in armis habuit rex circiter viginti quinque myriades hominum. huius numeri facile iniri potest ratio ex Istri traiectu. nam publicani Istri traiectum emerant ab rege, numerantes triginta myriades aureorum staterum: interim tamen constat eos opes maximas esse lucratos. per continentem deinde exercitus profectus est ab Philippopoli. implens vero triremes circiter viginti quinque et naves circiter centum et quinquaginta, mari recta subvectus est ad Istrum quasi iter facturus per Bidenam. iussit tamen ut istae naves per Euxinum pontum ad Istrum contenderent. et quidem classis, quemadmodum praeceperat rex, per Pontum ferebatur in Istri ostium. ubi Istri oram attigit, adverso flumine navigavit Bidenam. ubicunque egrediebantur navibus, incendebant aedificia et comburebant. Prailabum urbem Dacorum, quae totius Daciae forum erat celeberrimum, iniecto igne concremarunt. pleraque autem istius regionis aedificia lignea sunt; hinc fit ut fa-

Digitized by Google

θεντο, τὰς μὲν ἐς τὸ ὄρος τὸ Πράσοβον, τὰς δὲ ἐς πολίχνην . . . τοὔνομα, ἐς ἣν κύκλῳ περιιὼν ἐνετήρει καὶ ἐφύλαττε, καὶ τὸ ἕλος ἐχυρώτατον ἐποιεῖτο, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθίστησι μάλιστα. τὰς δ' αὖ καὶ ἐς τοὺς δρυμῶνας, οὓς χαλεπόν ἐστι διιέναι ἀνδρὶ ἐπήλυδι καὶ μὴ ἐπιχωρίῳ· πυκνότατοι γὰρ ὄντες, καὶ δένδροις καταπεφυτευμένοι πυκνοῖς, ὡς ἥκιστα παρέχονται διὰ πολλοῦ βάσιμον τὴν εἴσοδον. τὰς μὲν οὖν γυναῖκας καὶ παῖδας οὕτως ἐξέθεντο, αὐτοὶ δὲ συναθροισθέντες ἐς τὸ αὐτὸ εἵποντο Βλάδῳ τῷ ἡγεμόνι. καὶ ἐς δύο μοίρας ἐπιδιελόμενος τὸν στρατὸν τὸν μὲν εἶχε παρ' ἑαυτῷ, τὸν δὲ ἔπεμπεν ἐπὶ τὸν τῆς μελαίνης Πογδανίας ἡγεμόνα, ὡς ἢν ἐσβαλεῖν ἐκεῖνος πειρῷτο, ἀμυνόμενοι μὴ περιίδωσιν ἐσβαλόντα ἐς τὴν χώραν. ὁ γὰρ τῆς μελαίνης ταύτης Πογδανίας ἡγεμὼν διενεχθεὶς ἐπολέμει τῷ Βλάδῳ ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε, καὶ πρέσβεις πέμπων παρὰ βασιλέα Μεχμέτην ἐπεκαλεῖτο, καὶ συνάρασθαι τὸν πόλεμον ἔφασκεν ἕτοιμος εἶναι. βασιλεὺς μὲν οὖν ἠρέσκετό τε τοῖς τοῦ ἡγεμόνος τούτου λόγοις, καὶ ἐκέλευεν οὕτω ποιεῖν τὸν ἑαυτοῦ στρατηγόν, συμμίσγοντα τῷ ναυάρχῳ ἐς τὸν ποταμὸν πολιορκεῖν τὸ Κελίον πόλιν οὕτω καλουμένην τοῦ Βλάδου, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ. ὁ μέντοι ἡγεμὼν οὗτος συλλέξας στράτευμα ἀπὸ τῆς χώρας ἴετο ἐπὶ τὸν βασιλέως στόλον εὐθὺ τῆς Κελίου πόλεως, συμμίξων

cile ignem admittant. Daci ubi acceperunt regem cum copiis adversum se pergere, liberos et uxores collocarunt quasdam in montem Prasobum, quasdam in oppidulum nomine * * * * quod circulo veluti circumiens muniebat et custodiebat. etiam palus sive lacus palustris id oppidulum vel in primis et tutissimum et munitissimum praestabat. quasdam praeterea abdidere in querceta regionis, quae transire difficile est viro peregrino, qui non sit indigena. densissima enim et arboribus consita densis, plerumque inaccessa et invia. mulieres quidem et liberos, quemadmodum dixi, in loca tuta contraxere. viri vero in unum collecti sequebantur Bladum ducem; qui secernens universum exercitum in duas partes, alteram quidem ipse detinuit, alteram vero ire iussit contra Nigrae Pogdaniae principem, ut si is conaretur in Daciam irruere, fortiter resisterent, nec omitterent in eius regionem hostilem incursionem facere. nam inimicitiae intercesserant inter Nigrae Pogdaniae principem et Bladum. quapropter bellum inter ipsos ardebat. cuius haec causa perhibetur. princeps Nigrae Pogdaniae missis legatis hortabatur regem Mechmetem ad bellum inferendum Blado; quem quo magis moveret, pollicebatur se suas copias eius copiis iuncturum. regi grata erant quae princeps iste afferebat. proinde iussit ut promissa ad rem conferret, et exer-

Digitized by Google

τῷ ναυάρχῳ. καὶ ἐπεί τε συνέμισγε τῷ βασιλέως στρατῷ, ἐπολιόρκουν ἀμφότεροι τὴν πόλιν, καὶ προσβάλλοντες ἐπὶ ἡμέρας συχνὰς ἐξεκρούσθησαν καὶ ἀπέβαλον ὀλίγους τινάς. ὡς δ' οὐ προεχώρει ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπεχώρουν ἤδη ἑκάτεροι. ὁ μὲν οὖν μέλας Πόγδανος ἤιεν ὁμόσε ὡς ἐσβαλῶν ἐς τὴν τῶν Δακῶν χώραν, ἐκωλύετο δὲ ὑπὸ τῆς μιᾶς μοίρας V. 210
τοῦ στρατοῦ, ἥτις ἐτέτακτο ταύτῃ φυλάσσειν τὴν χώραν. D
Βλάδος δὲ αὐτὸς ἔχων τὴν μείζω μοῖραν τοῦ στρατοῦ ἐπορεύετο διὰ τῶν δρυμώνων, ἐκδεχόμενος ἰδεῖν ὅπου χωρήσει ὁ τοῦ βασιλέως στρατός. βασιλεὺς μὲν γάρ, ὡς τὰ στρατεύματα αὐτῷ διαβάντα τὸν Ἴστρον ἐγένετο ἐς τὴν Δακίαν, ἐπέδραμεν οὐδαμῇ. οὐ γὰρ εἴα ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ συντεταγμένῳ ἐπορεύετο τῷ στρατεύματι. ἐπορεύετο δ' εὐθὺ τῆς πόλεως, ἐς ἣν γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὑπεκθέμενοι οἱ Δᾶκες αὐτοὶ εἵποντο τῷ βασιλεῖ διὰ τῶν δρυμώνων· καὶ ἤν τι ἀποσπασθείη τοῦ P. 270
στρατοῦ, αὐτίκα ὑπὸ τούτων διεφθείρετο. ὁ μὲν οὖν βασιλεύς, ὡς οὐδεὶς ἐπιὼν ἐπηγγέλλετο αὐτῷ ἐς τὴν μάχην, οὔτε ἀπὸ Παιόνων παρεῖναι τῷ Βλάδῳ βοήθειαν, ὠλιγώρει τε καὶ ἠμέλει τοῦ χάρακος, καὶ τὸ στρατόπεδον ἐν εὐρυχωρίᾳ ἔπιπτε. Βλάδος τε γὰρ ὡς ἐπύθετο τοὺς πολεμίους ἐπιόντας, ἔπεμπεν ἄγγελον ἐς τοὺς Παίονας λέγοντα τάδε. "ὦ ἄνδρες Παιο-

citum suum adderet navarcho prope flumen, et iuncto Marte obsiderent Celium urbem Bladi sic dictam et in ora fluminis sitam. at princeps ille, ubi animum regis intellexit, conscripto exercitu de regione sua, pergebat ad classem regis, ut prope Celium urbem adiungeretur regio navarcho. quo facto uterque urbem eam oppugnabant. cumque eam capere annisi essent diebus sane plurimis, tandem repulsi sunt inde amissis paucis. cumque urbis oppugnatio parum procederet, uterque abiit. Niger Pogdanus proficiscebatur quasi populaturus Dacorum regionem. verum inhibitus est ab ea exercitus parte, quae opposita ei fuerat, ut defenderet regionem, ne hostilia ab Pogdano pateretur. Bladus cum maiore exercitus parte iter faciebat per silvas glandiferas, exploraturus quanam contenderet regis exercitus. rex cum traiecisset copias Istrum, Dacorum regionem ingressus est; nec tamen eam populationibus urebat: nam ne id fieret, prohibuerat. caeterum instructo et composito agmine ibat ad eam urbem in quam Daci exponentes liberos et uxores sequebantur regem per querceta. si qui longius ab agmine regis fuerant progressi, ab Dacis excipiebantur et extemplo peribant. rex cum nuntiaretur neminem accedere qui praelii potestatem faceret, praeterea nec a Pannonibus Blado auxilii quicquam esse, hostem contemnebat, et vallo communire castra negligebat, quamvis ea in patente campo locasset. Bladus

νες, ὑμεῖς ἴστε που ὡς ἡ χώρα ἡμῶν ὅμορός τέ ἐστι τῇ ὑμετέρᾳ, καὶ παρὰ τοῦ Ἴστρου οἰκοῦμεν ἀμφότεροι. νῦν οὖν πυνθάνεσθε, οἶομαι, καὶ ὑμεῖς τὸν βασιλέα Τούρκων μεγάλῃ χειρὶ ἐπιόντα στρατεύεσθαι ἐφ' ἡμᾶς. καὶ ἢν τάδε κατα-
B στρεψάμενος ὑπάγηται ὡς τὴν Δακίαν, τόδε ἐπίστασθέ που καὶ ὑμεῖς, ὡς οὔτε ἡσυχίαν ἄγοντες καθεδοῦνται, ἀλλ' ἐφ' ὑμᾶς αὐτίκα ἐπιόντες στρατεύσονται, καὶ πράγματα ἔσται ὑπ' αὐτῶν ἀνήκεστα ἐς τὴν ὑμετέραν χώραν ἱδρυμένοις. νῦν οὖν ὥρα ἐστὶ καὶ ὑμᾶς βοηθοῦντας ἡμῖν ἀπαμύνειν, ὡς οἷόν τε μάλιστα, τὸν στρατὸν τόνδε ἀπὸ τῆς χώρας, καὶ μὴ περιορᾶν φθείροντά τε τὴν χώραν καὶ ἐπικακοῦντα καὶ καταστρεφόμενον τὸ γένος ἡμῶν. ἔχει δὲ καὶ τοῦ ἡγεμόνος τοῦ ἡμετέρου ἀδελφὸν νεανίαν, ὥστε καθιστάντα αὐτὸν ἡγεμόνα ἐς τὴν
C Βλαχίαν, ἤν τι μὴ προχωροίη αὐτῷ ἑκάστῳ κατὰ νοῦν." τὸν γάρ τοι τοῦ Βλάδου ἀδελφὸν νεανίαν, ὡς ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Δακίαν, μεγάλως τε φιλοφρονησάμενος ἐτίμησε, καὶ χρήμασι καὶ ἐσθῆτι ἐδωρεῖτο πολλῇ τε καὶ ἀγαθῇ, καὶ ἐκέλευε πέμπειν ἐπὶ τὴν Δακίαν λόγους, ἐπὶ τοὺς δυνατοὺς ἄγειν τὰ πράγματα. ὅθεν ἐπὶ εὐδαιμονίαν αὐτίκα γενόμενος ἔπρασσε πέμπων ὡς ἐκέλευε βασιλεύς. οὐ μέντοι γε προεχώρει αὐτῷ τότε προπέμποντι. ταῦτα ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἀκούσαντες οἱ

3. πυνθάνεσθαι P

ubi accepit ex nuntiis hostes accedere infesto agmine, nuntium misit ad Pannones, talia dicentem "o viri Pannones, vos, non dubito, scitis regionem nostram vestrae esse finitimam, et utrique habitamus affusi Istro. nunc autem, ni fallor, accepistis Turcorum regem magna manu accedere, ut arma nobis inferat. si nunc Daciam vastarit sibique subegerit, scitote, haud cessabit tanto cardine rerum, verum continuo arma hostilia ad vos circumferet. nec dubito quin maxima hinc pericula vestram regionem incolentibus immineant. tempus igitur nunc postulat ut nobis auxilio sitis, ut exercitum hostilem quamprimum e regione propulsemus. nec expectandum censeo, donec regionem nostram contuderit et penitus evastarit et gentem nostram sibi subiugarit. etiam ducis nostri fratrem maiorem rex habet: hunc principem Valachiae constituit. at opera danda est ne ei singula ex sententia succedant. nam Bladi fratrem iuniorem, cum arma contra Daciam vibraret, rex maximis studiis coluit magnisque honoribus affecit. opibus et vestitu multo eum virum donavit. hunc iussit sermones serere cum Dacorum proceribus, ut ipse tandem potiretur rerum summa. quapropter cum brevi in magnam felicitatem sit promotus, ut pareret regi, imperata fecit et Daciae proceres tentavit. nec tamen quicquam adhuc efficere potuit, verum repulsus est." Pannones cum haec audirent ex nuntio, dictis obtemperarunt, et prom

Digitized by Google

Παίονες ἐπείθοντό τε τοῖς λόγοις, καὶ ὥρμηντο βοηθεῖν καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἐπαμύνειν. συνέλεγον δὲ στράτευμα.

Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν, βασιλεὺς δὲ προσελαύνων D *σὺν τῷ στρατῷ ἐνεπίμπρα μὲν τὰς κώμας καὶ τὰ ὑποζύγια διήρπαζεν, οἷς ἂν περιτύχοι. καὶ ἀνδράποδα πάνυ ὀλίγα ἤγοντο ἐς τὸ στρατόπεδον οἱ ἱπποδρόμοι, αὐτοὶ δὲ μάλιστα διεφθείροντο, εἴ πού τις αὐτῶν ἀποσπασθειη ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. Βλάδος δὲ λέγεται καὶ αὐτὸς ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον κατάσκοπος ἐσελθεῖν καὶ περιιὼν ἐπισκοπῆσαι ὡς ἔχει τὸ στρατόπεδον. οὐ πείθομαι δὲ Βλάδον αὐτὸν ἐθελῆσαι ἐς τοσοῦτον κίνδυνον ἀφικέσθαι, ὡς παρὸν αὐτῷ κατασκόποις πολλοῖς χρῆσθαι . . . . . ἐς τὴν ἐξήγησιν τῆς τόλμης αὐτοῦ. αὐτὸς μὲν οὖν καὶ ἡμέρας ἐπελθὼν ἐγγυτά-* P. 271 *τω τοῦ στρατοπέδου ἐπεσκόπει τε τὰς βασιλέως σκηνὰς καὶ τὴν Μαχουμούτεω καὶ τὴν ἀγοράν. ἔχων δὲ καὶ ἐλάττους* V. 211 *τῶν μυρίων ἱππέων (ἔνιοι δέ φασιν ὡς οὐ πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων παρῆσαν αὐτῷ ἱππέων) σὺν τούτοις περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἐπελάσας εἰσέβαλλεν ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. καὶ δείματα μὲν πρῶτον ἐγένετο ἐν τῷ στρατοπέδῳ μεγάλα, στρατὸν μέγαν ἀλλότριον καὶ ἐπήλυδα οἰομένων τῶν τοῦ βασιλέως ἐπιθέσθαι σφίσι, καὶ αὐτός. καὶ ἐνόμιζον ἀπόλλυσθαι πάνυ, ἐς φόβον τε πολὺν καὶ δείματα*

pti erant omnes ut Dacis suppetias ferrent, et hosti quam fortissime resisterent.

Delectu igitur habito conscripserunt exercitum. his quidem Pannones erant occupati. rex autem hostili animo cum exercitu procedens, quacunque proficiscebatur, vicos incendebat, pecora diripiebat, quaecunque casus obtulisset. equites regii mancipia pauca in castra ducebant: verum magis ipsi interibant, si quando ab agmine incautius avulsi fuerant. ferunt Bladum ipsum in regis castra speculatorem venisse et singula praesentem considerasse. non tamen mihi verisimile videtur Bladum voluisse tanto se committere periculo, cum plurimis potuerit, qui praesto erant, uti speculatoribus. sed forsitan id conflictum est, ut viri audacia insignior ostentaretur. verumtamen Bladus interdiu accedebat quam proxime ad hostilia castra, et tentoria militum regisque, necnon forum contemplabatur. Bladus habebat equites pauciores quam decem milia. sunt tamen qui tradant eum non plures quam septem milia equitum ductasse. his confisus sub primam noctis vigiliam advenit et in regia castra impetum dedit. primo terror ingens in castris obortus est. nam regii milites putabant exercitum magnum et alienigenam peregrinumque sibi incumbere.

καθιστάμενοι τὴν ἐσβολήν. ἐστρατεύετο γὰρ ὑπὸ λαμπάδων
B καὶ κέρατος, ὑποσημαῖνον αὐτῷ τὴν ἐσβολήν. τὸ μὲν στρατόπεδον ἅπαν κατὰ χώραν ἔμενεν οὐδαμόσε κινούμενον· εἰώθει μὲν γὰρ καὶ ἄλλως τὰ τοῦ γένους στρατόπεδα νυκτὸς μηδέποτε κινεῖσθαι τὸ παράπαν, ἀλλ' ἱδρῦσθαί τε κατὰ χώραν, ἤν τε κλέπτης διιὼν τυγχάνῃ ἐς τὸ στρατόπεδον, εἴτε ἄλλο τι καταλαμβάνει νεώτερον. καὶ τότε δὴ ἐς μέγα δέος ἀφικόμενοι οἱ Τοῦρκοι ἔμενον ᾗ ἐσκήνουν ἕκαστος ἱδρυμένος. καὶ κήρυκες βασιλέως ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ὡς ἐς αὐτίκα ἐσβαλόντα τὸν Βλάδον, ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιιόντες ἀνεκήρυττον μηδένα μηδαμῇ μεταστῆναι, ὡς αὐτίκα ἀποθανούμενον ὑπὸ
C βασιλέως. οἱ μὲν οὖν κήρυκες τοῦ βασιλέως παραμυθούμενοι ἐκέλευον μένειν αὐτοῦ ἕνα ἕκαστον, ᾗπερ ἐτέτακτο, λέγοντες τοιάδε "ἄνδρες Μουλσουμάνοι, μείνατε ἐπὶ βραχύ· ὄψεσθε γὰρ τὸν βασιλέως πολέμιον πεσόντα αὐτίκα μάλα ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ δώσοντα δίκην ὧν ἐς βασιλέα τετόλμηκε." ταῦτα ἔλεγον, καὶ ἄλλα πολλὰ παραπλήσια φάσκοντες, μάλιστα δὲ ἐκεῖνο, ὡς ἢν μένῃ ὁ στρατός, αὐτίκα ἀπόλλυται ὁ πολέμιος, ἢν δὲ μεταστῇ, ἀπόλλυσθε ἅπαντες· βασιλεὺς γὰρ πρώτους ὑμᾶς διαφθερεῖ, πρὶν ἢ αὐτὸν οἴχεσθαι φεύγοντα. Βλάδος δὲ ὡς τάχιστα ἐσέβαλεν ἐς τὸ στρατόπεδον, πρῶτα
D μὲν ὑπήντα αὐτῷ ἀπὸ τῆς Ἀσίας στρατός, καὶ βραχεῖαν μέν

1. τὴν] διὰ τὴν? 19. πόλεμος P

idem credebat et rex. proindo praesentem intentabant viris omnia mortem: adeo magnum inopina illa et improvisa oppressio incusserat terrorem. lampades enim et cornua irruptionem significabant. verum regia castra non alio translata sunt, sed in eo loco quem occuparant prima immota mansere. Turcis enim consuetudo est ut nocturno tempore castra nequaquam moveant, verum in eo loco quem castris muniendis ceperunt persistant, sive fur ingressus sit in castra, sive aliquid aliud novi ingruerit. eo tempore Turci in maximum terrorem coniecti in suis tentoriis quieti manserunt. regii praecones per universa castra incedentes clamabant, ne quis loco quem tenuisset moveretur: Bladum mox, qui irruptionem fecerit in castra, regis Marte casurum. praecones quidem ut territis animum adderent, iusserunt singulos in eo loco manere in quem collocati fuissent, dicentes "viri Mulsumani, durate breve tempus: cernetis enim hostem regis admodum cito in castris obiturum mortem, dantem poenas scelerum quae in regem perpetrare ausus fuit." alia plura his similia expromebant, etiam hoc addentes, quod si exercitus immobilis steterit, praelium cito desinet, sin loco motus fuerit, omnes peribitis: rex enim vos omnes necabit, priusquam ille fugere possit. Blado irruenti

Digitized by Google

τινα αὐτοῦ ἐποιήσαντο μάχην, μετὰ δὲ ἀνατραπόμενοι ἀνὰ μέρος ἐχώρουν ἐπὶ τὸ σώζεσθαι αὐτοὶ ὥρμημένοι. ὁ δὲ λαμπάδας τε ἔχων ἡμμένας καὶ πυρά, καὶ συντεταγμένως μάλιστα καὶ ἀθρόως ἐπιὼν τῷ στρατεύματι, ὥρμητο μὲν πρῶτα ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας. καὶ ἀποτυγχάνουσι μὲν τῆς τοῦ βασιλέως αὐλῆς, ἐπεισπεσόντες δὲ ἐς τὰς σκηνὰς τῶν ἡγεμόνων, τοῦ τε Μαχουμούτεω καὶ Ἰσαάκεω, ἐμάχοντο ἐς ταῦτα μεγάλως, καὶ τάς τε καμήλους ἐφόνευον καὶ ἡμιόνους καὶ ὑποζύγια. καὶ ἀθρόως μὲν καὶ συντεταγμένως αὐτῶν μαχομένων οὐδέν τι ἀπεγίγνετο ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου· εἰ δέ τι που ἀποσπασθείη, P. 272
αὐτίκα ἔπιπτεν αὐτοῦ ὑπὸ τῶν Τούρκων. καὶ οἱ περὶ Μαχουμούτην ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοὶ ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, πεζοὶ ἅπαντες. ἀνέβησαν δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ἑαυτῶν ἵππους οἱ τοῦ στρατοπέδου σχεδὸν ἅπαντες, πλὴν τῶν βασιλέως θυρῶν. ἐμάχοντο μὲν οὖν ἐνταῦθα ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον· μετὰ δὲ συστραφέντες ἤλαυνον ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, καὶ εὗρον τοὺς ἀμφὶ βασιλέα ἐκτὸς τῶν θυρῶν παρατεταγμένους. καὶ βραχὺ ἔτι ἐνταῦθα μαχεσάμενοι ἐτράποντο ἐπὶ τὴν ἀγορὰν τοῦ στρατοπέδου, καὶ διαρπάσαντες τήν τε ἀγορὰν, καὶ εἴ τίς
που ταύτῃ ἐνίστατο, διαφθείραντες, ὡς ἐγγὺς ἦκεν ἡ ἠὼς καὶ B
ἐπέφανεν, ἀπεχώρει ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, ἀποβαλὼν μὲν ταύτης τῆς νυκτὸς ὀλίγους πάνυ τινάς. καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ βα-

6. δὲ om P 9. συντεταγμένων P

in regia castra primo occurrit exercitus Asiaticus, et praelium non admodum longum ibi commissum est. nam Asiani in fugam coniecti, paulatim in cohortes conglobati, recedebant, ut servarentur. Bladus autem habens lampades ardentes et ignes, agmine stipato pergens contra regis copias, primo ianuas regis affectabat. caeterum Bladi milites aberrarunt a praetorio regis, et inciderunt in tentoria regiorum ducum, Machumetis et Isaaci; et ibi fortiter pugnabant, trucidantes camelos mulos et alia iumenta. cum autem pugnam facerent in ordines collecti et constipati, nihil sane memoratu dignum passi sunt. verum si qui paulo longius ab ordinibus erat evecti, extemplo Turcorum manibus cadebant. pedites qui apud Mechumetem erant, cum essent viri fortes, praeliabantur admodum memorabiliter. tandem omnes quotquot erant de exercitu regio, praeter ianuae milites, ascenderunt in equos. praelium eo loci diu fervebat. hinc conversi Daci maturabant iter ad regis ianuarum milites. cum autem instructos et armatos invenirent, brevi tempore pugnarunt. deinde omisso praelio vertuntur in forum castrorum; quod diripientes, et si quem forte ibi invenerant occidentes, tandem cum aurora appropinquaret et luce-

σιλέως στρατοπέδου ὀλίγοι διεφθάρησαν, ὡς ἐλέγετο. μετὰ δέ, ὡς ἡμέρα τάχιστα ἐγεγόνει, βασιλεὺς ἐπιλεξάμενος τῶν
V. 212 ὑπάρχων τοὺς λογάδας, καὶ Ἁλίην τὸν Μιχάλεω παῖδα στρατηγὸν ἀποδείξας, ἐκέλευεν ἰόντας κατόπιν τῶν Δακῶν ἐπιδιώκειν ὡς ἔχοιεν τάχος. ὁ μὲν οὖν Ἁλίης παραλαβὼν τὸν στρα-
τὸν ἦγε σπουδὴν ἐπὶ τὸν Βλάδον, καὶ κατόπιν γενόμενος ἤλαυνε κατὰ κράτος, καὶ καταλαμβάνει τὸν Βλάδου στρατόν, καὶ ἐπεισπεσὼν διέφθειρε μὲν πολλούς, ζωγρήσας δὲ ἀμφὶ τοὺς χιλίους τῶν Δακῶν ἀπήγαγεν ἐς τὸ στρατόπεδον παρὰ
C βασιλέα. τούτους μὲν λαβὼν ὁ βασιλεὺς καὶ ἀπαγαγὼν διεχρήσατο ἅπαντας. καί τινα λαβόντες νυκτὸς ταύτης τῶν τοῦ Βλάδου στρατιωτῶν οἱ τοῦ βασιλέως στρατιῶται, καὶ ἀπαγαγόντες ἐς Μαχουμούτην, ἠρώτα αὐτὸν ὅστις τε εἴη καὶ ὅθεν ἥκοι. μετὰ δέ, ὡς ἕκαστα διελέχθη, ἐπανήρετο αὐτὸν εἰ εἰδείη ὅπου διατρίβων τυγχάνει Βλάδος ὁ τῆς Δακίας ἡγεμών.
ὁ δ' ἀμείβετο ὡς εἰδείη σαφῶς, οὐδέποτε δ' ἂν εἴποι τούτων οὐδέν, δεδιὼς ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα. οἱ δ' οὖν ὡς ἔφασκον αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι ἂν μὴ πύθωνται αὐτοῦ ὃ βούλονται ἐρέσθαι, αὐτὸς ἔφασκε τεθνάναι μὲν ἕτοιμον εἶναι καὶ πάνυ, ἐξειπεῖν δὲ ὁτιοῦν ἐκείνου οὐκ ἂν τολμῴη. ταῦτα ἐν θαύ-
D ματι ποιησάμενον τὸν Μαχουμούτην ἀνελεῖν μὲν τὸν ἄνδρα,

sceret, egressi sunt castris, amissis paucis admodum ea nocte. etiam pauci, ut fertur, de regio exercitu desiderati sunt. ubi primum dies illuxit, rex eligens optimos quosque, qui sub tribunis degebant, et Haliem Michaelis filium ducem istis praeponens, iussit ut citato agmine Dacos cedentes insequerentur. Halies assumpto exercitu profectus est, summa celeritate adhibita, contra Bladum; et summis viribus abeuntis vestigia secutus, Bladi exercitum assecutus est. subito autem in hostilem exercitum irruens interfecit plurimos, captosque Dacos circiter mille in regia castra abduxit. quos interfici omnes rex curavit. etiam noctu quendam comprehenderunt de Bladi militibus. Turci hunc deduxerunt ad Mechumetem, qui eum interrogavit quisnam et cuias sit, et unde veniat. qui ubi ad singula, quemadmodum interrogatus erat, respondit, tandem iussus est dicere, sciretne ubinam Bladus Daciae princeps nunc moraretur. is respondit se quidem, quae scire expetant, exacte nosse: verum se nunquam enuntiaturum horum quicquam. adeo metuere se dicebat virum illum. illi autem minantes dixerunt, nisi quae sciscitarentur continuo expromeret, periturum. qui respondit se mortem quidem perpeti paratum esse, sed non audere quicquam eorum quae scire cuperent profari. Machumetes admiratus viri responsum eum continuo necavit, dicens "quodsi vir ille

Digitized by Google

ἐπιλέγεσθαι δὲ ὡς δέει τῷ ἀμφ' αὐτόν, εἰ εἶχε στρατὸν ἄξιον λόγου, ἐς μέγα ἂν ἐδόκει οὗτος ἀφικέσθαι.

Ταῦτα μὲν τότε ἐς τοσοῦτον ἐγένετο· βασιλεὺς δὲ τὸ ἐντεῦθεν προϊὼν ἐς τὸ πρόσω τῆς χώρας ἵετο εὐθὺ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἦν αὐτῷ τῷ ἡγεμόνι Βλάδῳ. καὶ νυκτὸς μὲν ἑκάστης, ὁπότε σταθμὸν ποιήσαιτο, ἐποιεῖτο χάρακα κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου, καὶ φραγαῖς φραξάμενος ἐντὸς τοῦ χάρακος διετήρει, φυλακάς τε ἐποιεῖτο μείζους τῶν γιγνομένων, καὶ ὅπλα ἐν ὅπλοις παρεγγύα νυκτός τε καὶ ἡμέρας αὐτῷ εἶναι τὰ στρατεύματα. προελαύνων δὲ οὕτω συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι ἐς τὸ πρόσω τῆς Δακίας ἀφίκετο p. 273 ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐν ᾗ Βλάδῳ τῷ ἡγεμόνι ἦν τὰ βασίλεια. καὶ οἱ μὲν Δᾶκες παρασκευασάμενοι ὡς ἐνταῦθα ὑπὸ βασιλέως πολιορκησόμενοι, τάς τε θύρας ἠνέῳξαν καὶ ἕτοιμοι ἦσαν δέχεσθαι αὐτὸν βασιλέα σὺν τῷ στρατῷ ἐπιόντα. βασιλεὺς μὲν οὖν τήν τε πόλιν διελαύνων, καὶ ἄνδρα οὐδένα ἐπὶ τῶν τειχῶν θεώμενος ὅτι μὴ τηλεβολιστὰς ἐπαφιέντας τηλεβόλους ἐς τὸν στρατόν, οὔτε ἐστρατοπεδεύσατο οὔτε ἐς τὴν πολιορκίαν καθίστατο. προιὼν δέ, ὡς τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἐν τοῖς σκόλοψιν ἐθεώρουν, προήεσαν ὥσει σταδίους εἴκοσι καὶ ἑπτά· B καὶ ἐμπίπτει ὁ βασιλέως στρατὸς ἐς τοὺς ἀνασκολοπισμούς, χῶρον ἐπέχοντας τὸ μὲν μῆκος ἐπὶ σταδίους ἑπτακαίδεκα, τὸ

1. δέοι P

exercitum haberet memorabilem, non dubito quin brevi ad magnam claritatem evaderet."

Haec quidem hactenus facta sunt. rex hinc decedens recta contendebat ad urbem in qua regiam sedem Bladus habebat. singulis noctibus, ubicunque manebat, per circuitum castra vallo circumdabat, et munitionibus admodum diligenter castra emuniebat. vigilias praeterea solito maiores deducebat, exercitumque diu noctuque in armis tenebat. agmine autem composito proficiscens in Daciam pervenit; et accessit ad eam urbem in qua Blado regia sedes erat. Daci quidem se non parabant quasi ab rege obsidendi. portas itaque aperuerunt, et parati erant suscipere regem cum exercitu advenientem. rex praeter urbem vectus, cum virum nullum in muris conspicaretur, nec bombardarios qui in exercitum eiacularentur, nec castrametatus nec urbem obsidere aggressus est. progressi igitur, ut suos patibulis et palis affixos viderunt, iter promoverunt ad stadia circiter viginti septem. exercitus quidem regis incidit in patibula et palos, occupantes locum: eius longitudo extendit se ad stadia decem et septem, laditudo vero continet stadia septem. patibula et pali apparebant maximi, quibus affixi conspiciebantur viri mulieres et pueri. horum

εὖρος ἐπὶ σταδίους ἑπτά. σκόλοπες δὲ μεγάλοι ἐνῆσαν, ἐν οἷς διαπεπειρωμένοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες ἀμφὶ τοὺς δισμυρίους, ὡς ἐλέγετο, θέαμα παρείχοντο τοῖς Τούρκοις καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ. καὶ ὅ τε βασιλεὺς ἐν θαῦμα ἐρισχεθεὶς ἔφασκεν ὡς οὐ δυνατόν ἐστιν ἄνδρα οὕτω μεγάλως ἐργασάμενον ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν, ὡς δαιμονίως ἐπισταμένῳ
C χρῆσθαι τῇ ἀρχῇ καὶ τοῖς ὑπηκόοις. καὶ ἔλεγεν ὡς πολλοῦ ἄρα ἄξιος εἴη ὁ ἀνὴρ οὗτος τοιαῦτα ἐργασάμενος. καὶ οἱ λοιποὶ Τοῦρκοι ὁρῶντες τὸ πλῆθος τῶν ἐπὶ τοῖς σκόλοψιν ἀνδρῶν ἐξεπλήττοντο. ἐνῆσαν δὲ καὶ νήπια τέκνα τῶν μητέ-
V. 213 ρων ἐξηρτημένα ἐν τοῖς σκόλοψιν, καὶ πτηνὰ ἐνῴκουν ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῶν ἐμφολεύοντα. ὡς δὲ πρὸς τοῖς στρατεύμασι βασιλέως ἐφεπόμενος ὁ Βλάδος ἔφθειρέ τε εἴ που διασπασθείη, εἴτε ἱπποδρόμος εἴτε ἀζάπης, αὐτὸς μὲν ἐτράπετο ἐπὶ τὸν Μελαίνης Πογδανίας ἡγεμόνα, πολιορκοῦντα, ὡς ἠγγέλ-
D λετο αὐτῷ, τὸ Κελλίον, στρατὸν δὲ ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους καταλιπὼν αὐτοῦ παρεγγύα ἕπεσθαι τῷ βασιλεῖ διὰ τῶν δρυμώνων, καὶ ἤν τίς που διασπασθείη, τοῦτον ἐπιόντες αὐτίκα ἐπιβαίνειν. καὶ ὁ μὲν ἤγετο ὁμόσε τῷ μελαίνης Πογδανίας ἡγεμόνι· ὁ δὲ στρατός, ὡς ἀνεχώρει ὁ βασιλεύς, ἰθὺ τοῦ στρατοῦ ἐλαύνων, ἀναθαρρήσαντες ὡς οἰχομένῳ, ἐπεισπεσόντες μεγάλως ἠγοῦντο εὐδοκιμήσειν, καὶ ἐπιόντες ἐς τὸ στρα-

2. διαπεπαρμένοι?

misere peremptorum numerus complectebatur viginti milia hominum. profecto horrendum et miserabile spectaculum cum Turcis tum regi. rex admiratione defixus dicebat "haud possibile est eum virum qui adeo magna fecerit, regione sua spoliari, praesertim cum adeo mirabiliter tum principatu tum subditis uti norit." verumtamen addebat eum virum qui tanta patraverit, haud multi faciendum esse. reliqui Turci aspicientes multitudinem hominum in patibulis et palis haerentium, stupebant. erant namque patibulis et palis affixi infantes e matrum gremio rapti. volucres nidos fecerant in inferioribus eorum. cum autem rex proficisceretur, Bladus agmen regium usque carpebat, interficiens equites et Azapides, si quando imprudentius ab exercitu regio fuerant evagati. Bladus animum intendebat in Nigrae Pogdaniae principem, qui, quemadmodum nuntiatum erat, obsidione circumvenerat Cellium urbem Bladi. relinquens autem exercitum, qui continebat circiter sex milia hominum, eos iussit per querceta sequi regem; et si quis paululum modo digressus fuerit ab regio agmine, eum truncare iussit continuo accurrentes. ipse vero recta ducebat contra Nigrae Pogdaniae principem. exercitus autem Bladi cum ipse abiisset, abitu principis admodum gaudebat; et recta pergentes in hostem putabant se magnam gloriam inventuros, si hostem subito oppressis-

Digitized by Google

στόπεδον τοῦ βασιλέως ἐπήλυνον. ἐπεὶ δὲ ἀγγελία ἀφίκετο παρὰ τῆς ταύτῃ που φυλακῆς ὡς οἱ πολέμιοι ἐπιῶσιν, ὥρμητο μὲν αὐτός τις ἕκαστος ἐπὶ τὰ ὅπλα, πλὴν τῶν βασιλέως θυρῶν, Ἰωσούφην δ' ἐκέλευε Μαχουμούτης προϊόντα ὑπανστιάζειν τοὺς πολεμίους. καὶ αὐτός τε ἐν ὅπλοις ἦν Μαχουμούτης σὺν τοῖς στρατεύμασιν. ὁ μέντοι Ἰωσούφης ὡς ἐπιὼν P. 274 αὐτίκα συνέβαλλεν, ἡττήθη τε καὶ ἐς φυγὴν τραπόμενος ἐφέρετο ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. Ὁμάρης δὲ ὁ Τουραχάνεω παῖς ταχθεὶς καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Μαχουμούτεω ὁμόσε ἰέναι τοῖς πολεμίοις, καὶ ἐλαύνων ὑπήντα τῷ Ἰωσούφῃ φεύγοντι ἐς τοὺς πολεμίους, ἐβλασφήμει καὶ ἔλεγε τοιάδε "ὦ κακόδαιμον, ποῖ φέρῃ; ἢ οὐκ οἶσθα βασιλέα ὅπως σε φεύγοντα ὑποδέχεται; ἢ οὐ χεῖρον τῶν πολεμίων διακείσεταί σοι αὐτὸς βασιλεύς, καὶ κακίστῳ σε ὀλέθρῳ παραδίδωσιν αὐτίκα, ἐπειδάν σε φεύγοντα νοήσῃ;" ταῦτα εἰπὼν ἐπώτρυνε τὸν ἄνδρα, καὶ συστραφεὶς ἅμα Ὁμάρῃ τῷ Τουραχάνεω συνέβαλλον τοῖς B πολεμίοις, καὶ ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. μετ' οὐ πολὺ δὲ τρεψάμενοι τοὺς Δᾶκας ἐπιδιώκοντες ἐφόνευον ἀφειδέστατα, ἔφθειρον ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. τὰς δὲ κεφαλὰς πηξάμενοι ἐπὶ τῶν δοράτων ἐπανῆκον ἐς τὸ στρατόπεδον. καὶ τὸν μὲν Ὁμάρην ἐδωρήσατο βασιλεὺς τῇ τῆς Θετταλίας ἀρχῇ· Μαζούλης δὲ ἔτι ἦν, καὶ ἄνδρας ἔχων ἀγαθοὺς εἵπετο τῷ βασιλεῖ.

Ἐς μὲν τὴν δευτέραν τῶν Δακῶν τόλμαν ἐς τὸν τοῦ βα-

sent. cum nuntius venisset ad vigilum stationem quae ibi erat, indicabat hostes adventare. singuli igitur, praeter regis ianuas, ad arma prosiliebant. Mechumetes praecepit Iosepho ut praecedens hostem ad praelium eliciat. Mechumetes quidem cum universo exercitu in armis erat. Iosephus ubi venit ad hostem, continuo victus est, et fugiens festinabat in castra regis. Omares Turachanis filius, qui et ipse ordinatus erat ab Mechumete ut cominus pugnaretur cum hoste, ad pugnam proficiscens occurrit Iosepho fugienti, eumque blasphemando et maledicendo sic alloquitur "o miser, quo abis? an ignoras regem, quomodo te fugientem sit excepturus? an non crudelius ab rege quam ab hostibus tractaberis? an non ignominiosissimae morti te tradet, ubi te fugam iniisse senserit?" his dictis hominem commovit ut conversus una cum Omare Turachanis filio rediret in praelium et pugnaret fortissime. nec multo post Dacos in fugam effusos persequentes occiderunt plurimos, nulli parcentes. caesi sunt circiter bis mille. praefigentes autem Turci hastis capita Dacorum, eversi sunt ad regem in castra. Omarem rex donavit Thessaliae principatu. Mazales autem adhuc supererat et sequebatur regem, duens viros fortissimos.

Dacorum audacia, qui secundam in regia castra irruptionem fece-

σιλέως στρατὸν τοσοῦτον ἐγένετο· βασιλεὺς δὲ ἀνδράποδα ἀγόμενος τῆς χώρας οὐκ ὀλίγα — ἐπαφεὶς γὰρ τὸ ἐντεῦθεν τοὺς ἱπποδρόμους ἐπέδραμον χώραν οὐκ ὀλίγην, καὶ ἀνδρά-
C ποδα ἀγόμενοι ἐκέρδανον μεγάλα. καὶ ὑποζύγια δὲ καὶ πλέον τῶν εἴκοσι μυριάδων, ἵππους καὶ βόας ἐλαύνοντες, ὅ τοῦ βασιλέως στρατὸς ἀφίκετο ἐπὶ τὸν Ἴστρον. τὸ μέντοι στρατόπεδον ἐδεδοίκει μὲν τοὺς Δάκας, οὐδὲν ἧττον τόλμης μέγα τι ἀποδεικνυμένους, διέβαινον δὲ τὸν Ἴστρον σπουδῇ πολλῇ. βασιλεὺς δὲ Ἁλίην τὸν Μιχάλεω ὄπισθεν ἕπεσθαι τῷ στρατῷ παραγγείλας, ὡς ἐστρατοπεδεύσατο παρὰ τὸν Ἴστρον, Δρα-
D κούλῃ μὲν τὸν ἀδελφὸν Βλάδου τοῦ ἡγεμόνος κατέλιπεν αὐτοῦ ἐν τῇ χώρᾳ μετιέναι τε τοὺς Δάκας καὶ ὑφ' αὑτῷ ποιεῖσθαι τὴν χώραν, καὶ τιμωρεῖν παραγγείλας τῷ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία ὑπάρχῳ αὐτός τε ἤλαυνεν εὐθὺ τῶν βασιλείων. Δρακούλης μὲν οὖν ὁ νεώτερος ἐπεκαλεῖτο ἕνα ἕκαστον, λέγων "ὦ ἄνδρες Δᾶκες, τί δὲ οἴεσθε ἐς τὸ ἐπιὸν ὑμᾶς ἔσεσθαι; ἢ οὐκ οἴδατε βασιλέα ὅσην τε δύναμιν ἔχει, καὶ ὡς αὐτίκα
V. 214 τὰ βασιλέως στρατεύματα προσδέξιμα ὑμῖν ἔσται, δηώσοντα τὴν χώραν, ἤν τι ὑπόλοιπον ἀφελώμεθα; τί οὐ γίγνεσθε βασιλεῖ φίλοι; καὶ ἔσται ὑμῖν παῦλα ἔστε τὴν χώραν καὶ ἐς τοὺς οἴκους. ἵστε γὰρ ὡς ἐν τῷ παρόντι οὔτε ζῶον οὐθ' ὑποζύγιον ὑπελείφθη. ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν

re, hunc eventum sortita est. rex ex Dacorum regione mancipiorum praedas agebat non modicas. nam immisso equitatu regionis partem percurrebat non modicam. equites capientes mancipia plurima maximas sibi peperere opes. etiam iumenta plurima nacti sunt. exercitus regis agens ultra viginti myriades equorum et boum venit ad Istrum. castra regia terrebant Dacos, quamvis magnam audaciam ostentantes. Turci autem summa celeritate adhibita transgressi sunt Istrum. rex Haliem Michaelis filium a tergo subsequi iussit, cum castra ad Istrum posuisset. Draculem, fratrem Bladi principis, ibidem in regione reliquit, praecipiens ut colloqueretur Dacis et regionem eam subigeret; praeterea strenue adiuvaret istorum locorum praefectum. his ita gestis ipse recta in regni sedem abiit. Dracules quidem, quemadmodum praeceperat rex, unumquemque vocabat, dicens "viri Daci, quid putatis deinceps de vobis futurum? nescitis quantas copias rex habeat? praeterea ignoratis quod regiae copiae expectentur? quae ubi primum accesserint, regionem vestram populabuntur, et si quid residui fuerit, auferent. qui fit ut recusetis regis amicitiam? efficiamini amici regis, et finis erit malorum, quantum ad regionem et ad aedificia attinet. scitis enim vobis in praesentiarum neque pecus neque iumentum ullum relictum esse. haec omnia gravissima passi estis auctore fratre meo, cui morem gessistis, viro impiissimo, qui

Digitized by Google

ἐπεπόνθειτε χαλεπώτατα, χαριζόμενοι ἀνδρὶ ἀνοσιωτάτῳ καὶ P. 275
κακὸν μέγα τὴν Δακίαν ἐξειργασμένῳ, οἷον οὐδαμῇ ἄλλοθι
τῆς γῆς ἐπὶ ἀκοὴν ἀφικνεῖται ἡμετέραν." ταῦτα ἐπιπέμπων τοῖς
Δαξίν, ὅσοι ἐς τὸ ἐξωνεῖσθαι σφῶν αὐτῶν τὰ ἀνδράποδα διέ-
βαινον, ἔπειθέ τε, καὶ τοῖς ἄλλοις εἰπεῖν ἐκέλευεν ἐπιέναι
θαρροῦντας ἐπ' αὐτόν. οὗτοι μὲν οὖν συνιόντες ἔγνωσαν
σφίσιν αἱρετώτερα εἶναι ἢ τὰ Βλάδου τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἰόν-
τες ἐπὶ τὸν νεώτερον συνελέγοντο κατ' ὀλίγους. καὶ ὡς ἤσθοντο B
οἱ λοιποὶ Δᾶκες, αὐτίκα ἀπολιπόντες τὸν Βλάδον ἦεσαν ἐπὶ
τὸν ἀδελφόν. καὶ ὡς συνελέγη αὐτῷ στράτευμα, ἐπιὼν κα-
τεστρέψατο τὴν ἀρχήν, καὶ ἐπαγόμενος ἅμα στρατὸν τοῦ
βασιλέως ὑπηγάγετο τὴν χώραν. ὁ μὲν οὖν ἀδελφός, ὡς με-
τέστησαν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν οἱ Δᾶκες, καὶ ἔγνω δὴ ὡς μάτην
εἴη τοσοῦτον φόνον πρότερον ἐξειργασμένος, ᾤχετο ἐς τοὺς
Παίονας.

Daciam affecit clade maxima. huiuscemodi cladem nec per universum terrarum orbem factam essse audivimus." haec cum nuntiaret Dacis per eos qui ad mancipia redimenda convenerant, eos facile in suam sententiam pertraxit. reliquis dici iussit ut confidentes, nec quicquam mali metuentes, ad se transirent. hi igitur in unum congregati decreverunt utilius esse et consultius obtemperare Draculi potius quam Blado principi. euntes igitur paulatim ad Draculem iuniorem Bladi fratrem colligebantur. quod ubi acceperunt reliqui, et ipsi ad fratrem eius Draculem transitionem fecere. exinde contracto exercitu haud contemnendo, et adducto simul regio exercitu, ducatum et regionem in dicionem regis redigebat. Bladus cognito Dacos ad fratrem confugisse, cum sciret omnia frustra tentari, quod tantam antea suorum fecisset caedem, in Pannoniam abiit.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η ΔΕΚΑΤΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER DECIMUS.

P. 276 V. 215 *Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἐπὶ Δάκας βασιλέως ἔλευσιν τοσαῦτα ἐγένετο· Βλάδος δέ, ὡς ἐπιὼν ὁ ἀδελφὸς Δρακούλης ὑπηγάγετο τὴν τῆς Δακίας χώραν, ᾤχετο μὲν αὐτὸς ἐπὶ Παίονας. Παίονες δέ, ὧν τοὺς προσήκοντας ἀνεῖλεν ἐν τῇ Δακίᾳ, ἀπῆγον αὐτὸν θανάτου παρὰ βασιλεῖ Παιόνων τῷ Χωνιάτου παιδί, δικασάμενοι δὲ αὐτῷ δίκην χαλεπωτάτην ὡς ἀδικώτατα ἀνελόντι τοὺς ἄνδρας, καθείρξάν τε ἐς Μπελογράδην πόλιν.*

1462 *Βασιλεὺς δὲ τοῦ αὐτοῦ θέρους, φθινοπώρου ἐπιγιγνομέ-*

7. *καθειρξαντες ἐς* P

Expeditio regis in Dacos hunc finem habuit. Bladus fratre Dracule accedente et Daciam subigente, ad Pannones se recepit. Pannones, quorum propinquos et consanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram suo rege Mathia Choniatis filio anquisiverunt. cum sententiam contra ipsum protulissent gravissimam, ut qui praeter ius et fas homines occidisset, Belgradum ductus ibi in carcerem impactus est.

Rex eadem adhuc aestate, cum autumnus advenisset, nuntium

νου, ἐστέλλετο ἐπὶ Λέσβον, παραγγείλας μὲν ναυτικὸν παρε- B
τοιμάζεσθαι αὐτῷ ἐς τὰ χωρία τὰ ἐπὶ θάλασσαν. καὶ τὰ μὲν
στρατεύματα αὐτῷ διῆκεν ἐπὶ οἶκον ἀναχωρεῖν, αὐτὸς δὲ τῶν
θυρῶν ἔχων τοὺς ἄνδρας καὶ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὀλίγους δή
τινας ἐστρατεύετο διαβὰς ἐς τὴν Ἀσίαν, αὐτὸς μὲν διὰ τῆς
ἠπείρου κομιζόμενος, ὁ δὲ στόλος διὰ θαλάσσης. ἀπὸ αἰτίας P. 277
τοιᾶσδε ὥρμηται ἐπὶ Λέσβον. ὁ γὰρ τῆς Λέσβου ἡγεμὼν
ὑπόφορον μὲν εἶχε τὴν χώραν ὑπὸ βασιλέως, ἀπάγων κατ'
ἐνιαυτὸν ἐς δισχιλίους στατῆρας, ἐξ ὅτου Παιτόγλης Καλλιου-
πόλεως ὕπαρχος ἐπὶ Ἀμουράτεω τοῦ νεωτέρου στόλῳ ἀφικό-
μενος ἐπὶ Λέσβον ἐπέδραμέ τε τὴν νῆσον, καὶ ἀνδράποδα ὡς
πλεῖστα ἀφελόμενος τήν τε Καλλονὴν παρεστήσατο, πόλιν
τῆς Λέσβου εὐδαίμονα, καὶ ἐξελὼν ταύτην ἀπεχώρησεν ἐπ'
οἶκου. καὶ πρότερον μὲν ὑπόφορον ἔσχον οἱ βασιλεῖς ταύτην
τὴν νῆσον καὶ Χίον ἀπὸ Ἀμουράτεω τοῦ Ὀρχάνεω, καὶ ἐπὶ
τοῦδε τοῦ βασιλέως ἄλλοι τε καὶ Ἰονούζης ὀνομαζόμενος, κα- B
ταστὰς ὑπὸ τῶν θυρῶν, ἀφίκετο ἐπὶ Λέσβον καὶ Μόλιβον
ἐπολιόρκησεν· οὐ μέντοι προεχώρησεν αὐτῷ οὐδὲν ὧν οὕνε-
κα ἀφίκετο. αἰτίαν δὲ ταύτην ἐπενεγκὼν βασιλεὺς τῷ Λέ-
σβου ἡγεμόνι ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτόν, ὅτι τῶν Ταρακοννησίων
τοὺς πειράτας ἐδόκει αὐτὸς ἐνλιμένι τῆς Λέσβου ὑποδέχε-
σθαι, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς βασιλέως χώρας ἀνδράποδα ἐξωνεῖσθαι,
καὶ αὐτὸν κερδαίνοντα ἀπὸ τοῦδε. ὁρμώμενοι δὲ ἀπὸ τῆς

misit in Lesbum, qui imperabat ut pararent classem et convenirent in loca maritima. ipse quidem ducens ianuae milites cum pauca Europaeorum militum manu expeditionem suscipiebat, transiens in Asiam. rex terra, classis vero mari proficiscebantur. expeditionis regiae contra Lesbum hanc causam assignant. Lesbi princeps beneficio regis tenebat istam regionem tributariam, numerans quotannis circiter bis mille stateres aureos, iam inde ex eo tempore quo Paitogles Callipolis praefectus, imperante Amurate iuniore, classe advenieus in Lesbum incursionem hostilem fecerat, abductis inde mancipiis plurimis, necnon capta Callona, Lesbi urbe opulentissima, quam devastans domum reversus est. etiam antea reges insulam hanc tributariam habuere, necnon Chium, tempore Amuratis quem genuit Orchanes. sub eo rege inter caeteros et Ionuzes, electus ab ianuarum militibus, profectus est in Lesbum; obsidione circumveniens Molibum, nihil efficere potuit sane eorum quorum gratia advenerat. causa autem quare rex Lesbo arma inferebat, talis erat. rex Lesbio crimini dabat quod Taraconenses piratas portu excepisset et mancipia plurima ab iis emisset, quae venerant ab regione regis, ex quibus non parum lucri Lesbius princeps acceperat. nam Tarraconenses

Λέσβου οἵ τε Ταραχοννήσιοι ἐπὶ λῃστείαν κατὰ θάλατταν τετραμμένοι, καὶ οἱ ἀπὸ Κυκλάδων νήσων ταύτην μετιόντες τὴν
C λῃστικήν, ἐληΐζοντο τὴν βασιλέως χώραν, καὶ ὑποστρέφοντες
V. 216 ἐς τὴν Λέσβον, διανειμάμενοι τὰ ἀνδράποδα, μοῖραν παρείχοντο αὐτῷ ἱκανὴν καὶ οὐ φαύλην. ταῦτα ὡς ἀνηνέχθη ἐς βασιλέα, ἐπῆρεν αὐτὸν στρατεύεσθαι ἐπὶ Λέσβον. ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς Λέσβου Δομίνικος, Ἑλληνιστὶ δὲ Κυριακός, νεώτερος ἀδελφὸς ὢν τὸν πρεσβύτερον διαδεξάμενον παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἡγεμονίαν τῆς Λέσβου καὶ διέποντα ἐπὶ χρόνον ἱκανὸν ἐπιβουλεύσας συνέλαβε καὶ κατέστησε, Βαπτιστῇ ἀνδρὶ Ἰανυΐῳ χρησάμενος συνεργῷ ἐς τὴν ἐπιβουλήν. μετ' οὐ πολὺ δὲ διαχρησάμενος τὸν ἀδελφὸν ἡγεμόνευε τῆς νήσου, ἀπαγαγὼν φόρον τῷ βασιλεῖ ἐς δισχιλίους στατῆρας. τὸ δὲ γένος τῶν
D ἡγεμόνων τούτων τῆς Λέσβου, Κατελουΐζων ἐπικαλούμενον, δοκεῖ μὲν ἀπὸ Ἰαννίης γενέσθαι, ἀφικόμενον δὲ ἐπὶ συμμαχίαν τῶν Ἑλλήνων Βυζαντίου βασιλεῖ, ἔχοντι ὑπήκοον τὴν νῆσον ταύτην, συμβαλέσθαι τε καὶ ὑπουργῆσαι μεγάλα τῷ βασιλεῖ, δι' ἃ δὴ σφίσιν ἐπιτραπῆναι τὴν νῆσον ὑπὸ τῶν βασιλέων ἄρχειν. κατέχοντας δὲ ταύτην τὴν νῆσον, ὕστερον ὡρμημένους ἀπὸ ταύτης, καταλαβεῖν Αἶνον πόλιν τὴν ἐν τῇ Θράκῃ παρὰ τῷ Ἕβρῳ ποταμῷ, διενεχθέντων τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς τὸν τῇδε αὐτοῦ τῆς πόλεως ἅρμοστήν, καὶ σφίσιν

15. ὑπὸ P

ab Lesbo procursantes ad maritima latrocinia, necnon hi qui degebant in insulis Cycladibus idem vivendi institutum occipientes, regis regionem diripiebant. deinde revertentes onusti mancipiorum praeda in Lesbum, ea inter sese partiebantur, assignantes Lesbio duci partem magnam et neutiquam contemnendam. haec cum nuntiarentur, regi, motus est ad bellum inferendum Lesbio principi. at Lesbi princeps Dominicus, quem Graeci Cyriacum vocant, frater iunior, seniorem, qui a patre Lesbi principatum acceperat eumque tempore longo administrarat, insidiis circumventum cepit, et Baptistae viro Ianuensi, quo usus fuerat auxiliatore in insidiis, tradidit. nec sane longo interiecto tempore fratrem obtruncat, atque solus principatu potitur, pendens regi tributum quotannis circiter duo milia staterum aureorum. genus principum illorum, Lesbum qui regebant et Catelusii nuncupabantur, apparet ab Ianuensibus deduci. nam venientes auxilio Graecorum regi, qui Byzantium tenebat et eam insulam imperio temperabat, strenue eum adiutarunt atque magna effecerunt. rex igitur Byzantius, ut virorum illorum virtutem aliquo modo veneraretur, iis concessit insulae huius principatum. qui tenentes eam insulam tandem inde progressi sunt, ut occuparent Aenum urbem Thraciae, iuxta flumen Hebrum. nam cives eius urbis adversabantur

Digitized by Google

ἐπικαλουμένων ἀπὸ τῆς Λέσβου τὸ Κατελουζίων γένος, καταλαβόντες δὲ διαφερομένων ἀλλήλοις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῶν P. 278
ποτὲ Ἑλλήνων βασιλέων. δοκεῖ δὲ ἡ νῆσος αὕτη καὶ πρότερον ἔτι τούτων τῶν Κατελουζίων γενέσθαι ὑπὸ Ἰαννίοις, καὶ ὑπακούειν τότε τῷ Φωκαίης ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιτροπεύοντι, Κατάνῃ τοὔνομα ἔχοντι· εἶλε δὲ Κατάνη τὴν νῆσον ταύτην ἐπιβουλῇ. καὶ ὅ τε Ἑλλήνων βασιλεὺς στρατευσάμενος ἐπ' αὐτὸν καὶ τήν τε Μιτυλήνην παρεστήσατο καὶ ἐπολέμει τῇ Φωκαίῃ. μετὰ δὲ ταῦτα συμβαλλομένων τῶν Κατελουζίων τῷ Βυζαντίου βασιλεῖ, ἐπετράποντό τε τὴν νῆσον καὶ ἔσχον ἐπί τινας γενεάς, διαγενόμενοι ἔστε ἐπὶ τὸν καθ' ἡμᾶς χρόνον. B
καὶ ἐπιγαμίας ποιούμενοι πρός τε τοὺς ἀπὸ Τραπεζοῦντος βασιλεῖς καὶ Ἑλλήνων ἡγεμόνας καὶ τοὺς παρ' Ἕλλησι πρωτεύοντας, κατεῖχον τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐνομουμένην. ἀπέχει δὲ ἡ νῆσος αὕτη ἀπὸ τῆς ἐς τὴν Ἀσίαν ἠπείρου σταδίους μάλιστα ὀγδοήκοντα.

Ἀλλ' ἡ μὲν Χίος κατείχετο μὲν καὶ αὕτη πρότερον ὑπὸ Ἰαννίων, οὐ μέντοι ἑάλω, ἀλλὰ δεομένων τῶν Βυζαντίου βασιλέων χρημάτων ἱκανὰ τοῖς Ἕλλησι δέδοτο ὑπὸ Μαρτίνου τοῦ τὴν νῆσον ταύτην κατασχόντος, ὑπ' ἀνάγκης τότε τῶν Ἑλλήνων διὰ τὸν πρὸς Μήδους καὶ Τριβαλλοὺς πόλεμον. καὶ ὕστερον C

1. ἐπικαλούμενον P 3. τότε? 4. ἔτι] ἐπὶ P 5. Φωκίας P 15. ἐπέχει P

Harmostae; et ut sibi vires pararent, vocabant ab Lesbo Catelusiorum genus. Catelusii urbem eam occuparunt et fortiter retinuere, cum plerumque intestinis seditionibus et odiis exagitarentur Graecorum reges. videtur autem ista insula iam sub Catelusiis Ianuensibus extitisse, et paruisse Phociae in Asia administratori, cui nomen fuit Catanes. verum ex insidiis insulam hanc occupavit Catanes. cui bellum inferens Graecorum rex etiam Mitylenas suo imperio iunxit, nec bellum gerere contra Phocaeam abstinuit. exinde cum Catelusii impigre subsidio venissent Byzantio regi, beneficio eius insulae dominium consecuti sunt. hanc tempore longo tenuere: eius principes etiam nostra attigere tempora. iungentes autem connubia cum Trapezuntiis regibus et Graecorum ducibus, necnon cum iis qui apud Graecos praestare videbantur, insulam eam rexerunt saluberrimis legibus fundatam. ab ea continente quae Asiam spectat, excurrit ad stadia circiter octoginta.

Caeterum et iam olim in potestate Ianuensium fuit Chius, nec tamen armis capta: verum cum Graecorum reges pecuniae inopia laborarent propter bellum quod ea tempestate gerebant cum Medis et Triballis, magnam pecuniae vim mutuo acceperunt a Martino eius insulae rectore. Graeci tandem eam insulam receperunt, cum aes alienum, quo erant obligati Martino, persolvissent. deinde venit insula

TAYLOR INST. OXFORD

μέντοι ἀπέλαβον τὴν νῆσον οἱ Ἕλληνες, ἀποδόντες τὸ χρέος τῷ Μαρτίνῳ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐγένετο ὑπὸ Ἰανυΐοις, ὕστερον χρόνῳ οὐ πολλῷ τριήρεσιν ἀφικομένοις καὶ παραστησαμένοις τὴν πόλιν· οὓς οὔτε ἡ πόλις ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὴν τῆς νήσου καταστροφήν, οὔτε κοινῇ ὑπὸ τῶν τελῶν ἐξεπέμφθησαν, ἀλλ' αὐτοὶ ὡρμημένοι οἱ ἐννέα οἰκιῶν γενόμενοι ἄρχοντες τὴν νῆσον κατεστρέψαντο, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ταύτην ὡς σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει μετριώτατα διαιτώμενοι, κοινῇ τὴν πόλιν διῴκουν, ἐξωνησαμένων μετὰ ταῦτα καὶ τὰς τῆς πόλεως
D τε καὶ νήσου μοίρας τῶν ἀπὸ τῆς Ἰανύης ἀνδρῶν, μέγα δυ-
νομένων ἐς πλοῦτον διὰ τὴν τῆς μαστίχης πρόσοδον· κοινῇ γὰρ δὴ αὕτη ἡ νῆσος τῶν ἐν τῷ Αἰγαίῳ φέρει καρπὸν τοῦ-
V.217 τον ὡς πλεῖστον, καὶ ἐργαζόμενοι χρηματίζεται μεγάλως ἐν τούτῳ. διέχει δὲ ἔλαττον ταύτῃ ἀπὸ τῆς Ἀσίας, σταδίους ὡσεὶ πεντήκοντα μάλιστά πῃ. διοικεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη ὑπὸ τῶν ἐννέα ἀρχόντων, τήν τε νῆσον ἀρχὴν τὰ πρῶτα κατασχόντων καὶ ὕστερον ἄλλων ἐξωνησαμένων, κατὰ τὰ πάτρια τῶν ἐν τῇ πόλει ἀστῶν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων βασιλέων. εὐνομήθη δὲ καὶ ἡ πόλις τῆς Χίου μάλιστα δὴ πόλεων τῶν ἐν ταῖς νήσοις ταύταις, καὶ προσοδίων ἱκανωτάτη ἔσχεν ἡ πόλις. ὥστε ἐπὶ μέγα ὄλβου ἀφικέσθαι τοὺς τὴν πόλιν τήνδε διέποντας.

3. παραστησομένοις P 7. τῷ ὑπὸ P 11. κοινῇ] μόνη ?
17. κατὰ] αὐτὰ P 20. προσόδων ἱκανώτατα? 21. ὄλβον P

haec in Ianuensium dicionem; qui, cum non multum temporis intervenisset, advenerunt cum triremibus, ut urbem eam caperent. hi nec magistratus consensu et voluntate missi erant, ut insulam eam in dicionem reciperent, verum sua sponte, cum essent novem familiarum viri principes, ab domo profecti insulam eam subegere. ex eo tempore communi consilio magna concordia urbem gubernarunt, cum ubique ipsorum in rebus gerendis modestia eluceret. tandem urbis et insulae partes emerunt viri Ianuenses, qui plurimum pollebant opibus, propter masticis reditum et proventum. insula namque ista in mari Aegaeo sita masticis fructum reddit uberrimum; et qui huic operi sunt intenti, lucra multa ferunt. haec autem minus remota ab Asia est quam praedicta, si quidem stadiis maxime quinquaginta septem ab ea dissita est. gubernatur a principibus illis novem, qui primo eam insulam sui iuris fecerunt, necnon ab aliis, qui postmodum patrias urbes in ea insula ab Graecorum regibus redemerunt. metropolis Chii optimis regitur legibus, nec ulli omnium urbium, quae in istis insulis frequentantur, disciplinae sanctitate inferior est. reditus habet largissimos, qui incredibile est dictu quantas opes suppeditent iis qui eam regunt.

Digitized by Google

Ἐστρατεύετο δὲ Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν Λέσβον P. 279
δι' αἰτίας τῶν πρότερόν μοι δεδηλωμένων, ἐπιφέρων τε
τὸν τοῦ ἀδελφοῦ φόνον καὶ τιμωρῶν τῇ ἐκείνου ψυχῇ,
μετὰ δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς πειράτας ἑταιρίαν αὐτοῦ.
ἐκομίζετο δὲ αὐτὸς μὲν πεζῇ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς, τὸν
δὲ στόλον αὐτοῦ διὰ θαλάσσης ἐκπέμψας, τριήρεις μὲν πέντε
καὶ εἴκοσι, πλοῖα δὲ μικρὰ ἀμφὶ τὰ ἑκατόν. τοὺς δὲ τηλεβό-
ad se vocari iubet. quae ubi in conspectum venit, eo quod pulcherrima esset, Sandales uxoris amore satiatus eam sprevit. nec multo post amore peregrinae amens et ardens cum ea concubuit, plurimum amore aestuans. adhaerescens autem peregrinae mulieri, uxori admodum molestus erat; quam despiciebat et prorsus negligebat. mulier autem illa erat mercatorum Florentinorum, et in hanc regionem appulerat. conversans itaque plurimum cum hac muliere' infensus et molestus erat suae uxori. uxor non ferens amplius hasce indignitates, maxime propter filium suum adolescentem, una cum eo clam Rhagusium profugit. Sandales missis legatis uxorem rogabat ut reverteretur in suam regionem, nec in aliena degeret, vulgans opprobrium suum in homines. at uxor non obtemperabat verbis mariti, sed in hunc modum respondit, se non redituram, nisi dimittat mulierem illam Florentinam. quod si facere omiserit, fruatur peregrina muliere ad libitum. haec quidem ad eum modum contigisse memorantur. filius inimicitias gerens cum patre, et belli dux a Rhagusiis pronuntiatus, bello adortus est patrem, praelioque inito patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga caesis, certe in patrem impia et nefaria ausus. mittebat is frequenter legatos ad regem, consulens ut iunctis copiis Illyriorum regem debellarent. tandem

Digitized by Google

σβεύετο μὲν οὖν καὶ οὗτος θαμὰ ὡς τὸν βασιλέα συνεξελεῖν τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα, καὶ στρατὸν ἐπῆγε Τούρκων, καὶ ἐκάκου τὴν χώραν. τότε ὡς ἐπιὼν ὁ βασιλεὺς ἐπηγγέλλετο ἐπὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν, παρεσκευάζετο καὶ αὐτός, ὡς ἦν τι δύναιτο ἀμυνόμενος, ἢν ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐσβάλλῃ ὁ τοῦ βασιλέως στρατός.

C Ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου, ᾗ πρότερόν μοι ἐδεδήλωτο ὡς ἐπεὶ τὸν βασιλέα παρέλαβε Μαχουμούτης ὁ Μιχαήλου, σὺν τούτῳ περιιὼν τὰς ἄλλας πόλεις ἐπεδείκνυτό τε τὸν βασιλέα, καὶ προσεχώρουν. ὁ μὲν δὴ Μαχουμούτης ἀμφὶ τὰ τοιαῦτα εἶχεν, Ὁμάρῃ δὲ τὸν Τουραχάνεω πέμπων ἐπὶ τὰς λοιπὰς τῆς Ἰλλυριῶν χώρας πόλεις, αὐτὸς ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ βασιλέως στρατόπεδον. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἤχθετό τε τῷ ὅρκῳ καὶ ἐχαλέπαινεν, ὡς οὐκ ἐν δέοντι ποιήσαιτο τὸν ὅρκον τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰλλυριῶν, τὸν μέντοι βασιλέα ἐς φυλακὴν ποιησάμενος περιῆγεν ἐλαύνων διὰ τῆς Σανδάλεω χώρας· ἐς γὰρ τὴν Ἰλλυριῶν τὰ μὲν αὐτὸς βασιλεὺς καταστρε-
D ψάμενος ὑπηγάγετο, τὰ δὲ Μαχουμούτεω παραστησαμένου καὶ Ὁμάρεω. ἔνθα δὴ καὶ Ὁμάρης σπουδὴν ποιούμενος τὴν χώραν, ὅση ὑπόλοιπος ἦν, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι, ἀνήρ τε ἔδοξε τῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις εὐδοκιμούντων κράτιστος

monendo et consulendo tantum profecit, ut Turcorum exercitus adveniret et regionem regis graviter populando corrumperet. sub idem tempus cum fama volaret regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipse se parare intermisit, ut regium exercitum, si in suam regionem populabundus ingrederetur, si quid posset armis, a populationibus prohiberet eumque propulsaret.

Nunc eo redire libet, unde in hunc sermonem digressus sum. postquam regem Illyriorum Machumetes Michaelis filius in dicionem accepit, cum eo circumiens etiam caeteras urbes regi Turcorum subiiciebat. et quidem circa haec versabatur Machumetes. Omarem autem Turachanis filium iubebat cum exercitu pergere contra caeteras Illyriorum urbes. caeterum ipse in regia condebat castra. rex Turcorum discruciabatur animi propter iuramentum Illyriorum regi praestitum ab Machumete. graviter Machumeti quoque indignabatur, ut qui parum opportune huic regi salutis spem interposita iurisiurandi religione obtulisset. regem quidem Illyrium vinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionem. nam Illyrios partim quidem ipse, partim vero Machumetis et Omaris Marte perdomuit. Omares summ ostudio annitebatur ut eam regionem, quae nondum subiecta erat, cogeret regis suscipere imperium. hic cum fortitudine facile superaret omnes, quotquot in ianuis fortitudinis praerogativa gauderent, prae-

καὶ μεγάλα ἀπεδείκνυτο ἔργα, καὶ πρότερον βασιλεῖ δόκιμος ἐν πολλοῖς ἄλλοις γενόμενος.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο καταστρεψαμένῳ βασιλεῖ τὰς Ἰλλυριῶν πόλεις. ἐντεῦθεν πρεσβείαν πέμπων ἐπὶ Ῥαγούζιον πόλιν ἐζήτει τὴν βασιλέως γυναῖκα. ἡ δὲ προεξῆει ἀπιοῦσα ἐκ τῆς πόλεως ἐς Ἰταλίαν· ὡς γὰρ ἐπυνθάνετο τὴν ξύμπασαν χώραν γενέσθαι ὑπὸ βασιλεῖ, ὡς εἶχε, τάχιστα ἐκ τῆς πόλεως ἀπηλλάττετο, οἰχομένη ἐς τὴν Ἰταλίαν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ὡς οὐ κατέλαβον αὐτοῦ ταύτῃ τὴν βασιλέως γυναῖκα, ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι. P. 290

Ἐντεῦθεν βασιλεὺς συσκευασάμενος ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Σανδάλεω χώραν καὶ ἐδήου. ἱπποδρόμους δ' ἐπαφείς, ἐπέδραμον τὴν χώραν αὐτοῦ σύμπασαν. μετὰ δὲ ἐπιὼν τὰς πόλεις ἐπολιόρκει. καὶ οἱ τοῦ Σανδάλεω ἐπέθεντο τῷ βασιλέως κοιτῶνι, ὁρμώμενοι ἐκ τῶν ὀρέων, καὶ ἔστιν ἃ διαρπάσαντες V. 226 αὖθις ἐπὶ τῶν ὀρέων οἴχοντο ἀπαλλασσόμενοι. ἔστι δ' ἡ χώρα B οὐχ ἧττον ἔρημος ἢ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα. ἐπελάσας μὲν οὖν αὐτὸς ἐπολιόρκει πολίχνην τὴν Σανδάλεω ἐπὶ ἡμέρας τινάς. καὶ ὡς οὐ προεχώρει αὐτῷ ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπήλαυνε διὰ τῆς τοῦ Στάντεω καὶ Κραϊκου καὶ Παύλου, τῶν ταύτῃ αὐτοῦ ἡγεμόνων, χώρας. κήρυκα δ' ἔπεμπε κελεύων τὴν τε

1. καὶ om P ἐπεδείκνυτο P 5. ἐξήτει? προεξίη P

clara militaris virtutis edebat opera, caetera quoque satis spectatus regi.

Haec hactenus ab rege Illyricas urbes subiugante gesta sunt. quibus peractis legatos ire iubet Rhagusium urbem, quaesitum regis uxorem. haec regem antevertens excesserat urbem, et in Italiam abierat. nam cum fama captae regionis ad ipsam allata esset, omni mora posita relinquebat urbem et in Italiam properabat. legati cum eam haud reperissent in ista urbe, abierunt re infecta. rex omnibus immunum contractis copiis invasit Sandalis regionem, quam misere evastavit: nam equites per universam regionem grassantes eam graviter afflixere.

Inde nec oppidis abstinuit; quae accedens obsidere haud omisit. Sandalis milites, qui in montium iugis se tenebant, montibus digressi insidiabantur cubiculo sive tentorio regis. et cum quaedam inde diripuissent, illico retro in montes, unde venerant, se receperunt. regio haec non secus ac Illyriorum deserta et vasta est. rex castra movens ad Sandalis urbem, eam diebus aliquot obsidebat. cum vero urbis oppugnatio non succederet ex animi sententia, abiit, ducens exercitum per Stantis Craici et Pauli, qui principes erant, regiones. ad hos praecones dimisit, qui iuberent ut suam singuli regionem regi

Digitized by Google

αὐτῶν χώραν παραδιδόναι, καὶ αὐτοῖς γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως ἄλλην ἀντὶ ταύτης ἐν τῇ Εὐρώπῃ. οὗτοι μὲν οὖν οὕτω πεισθέντες παρέδοσάν τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τῷ βασιλεῖ καὶ
C τὴν χώραν, ἐννοοῦντες ἀδύνατα ἔσεσθαι αὐτοὺς ἐν μέσῳ τῆς βασιλέως χώρας ἀντέχειν ἐς τέλος. ἀναπείθονται οὖν ἐφ' ᾧ ἄλλην ἀντὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν σφίσι γενέσθαι ὑπὸ βασιλέως. καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὰς θύρας τήν τε χώραν παρέδοσαν, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον αὐτοὺς ἐς φυλακὴν ποιησάμενος εἰσεκομίζετο ἐπ' οἶκου, καὶ τόν τε στρατὸν ἅμα διῆκε. τὸν μέντοι βασιλέα Ἰλλυριῶν ἀπελαύνων ἐκ τῆς χώρας, ἕωθεν, ὡς ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀνεπαύετο, μεταπεμψάμενος ἐκάλει ἐς ὄψιν τὴν ἑαυτοῦ. ὁ δὲ συνιεὶς ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ μετα-
D πέμπεται αὐτόν, τὰ ὅρκια ἐν χερσὶν ἔχων ἐξηγέρθη τε, καὶ ὡς ἀπήχθη ἐς ὄψιν τὴν βασιλέως, ἀπέταμόν τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐπιτάξαντος βασιλέως. λέγεται δὲ καὶ διδασκάλῳ αὐτοῦ τῷ Πέρσῃ τοῦτον παρασχεῖν ὥστε διαχρήσασθαι· οἱ δὲ μάγειρον αὐτοῦ αἰτησάμενον ἀνελεῖν. διενεχθέντα δὲ γνώμῃ πρὸς Μαχουμούτη τὸν Μιχαήλου, λέγεται ἀνελεῖν κελεῦσαι τὸν βασιλέα Ἰλλυριῶν. οὗτος μὲν δὴ οὕτω λέγεται τελευτῆσαι μετὰ τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ὑπὸ βασιλέως καταστροφήν.

Ὡς μὲν οὖν ἑάλω ἡ τῶν Ἰλλυριῶν χώρα, καὶ ὅ τε βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἁλοὺς καὶ οἱ λοιποὶ ἡγεμόνες εἶχοντο ἐν

traderent: quod si facerent, fore ut singuli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. principes illi persuasi praeconum verbis se et regionem regi manciparunt. cogitabant enim impossibile fore ut in posterum regionem suam defendere et tutari possent, cum undique cingerentur regis regione, quasi in medio habitantes. verum profecti in ianuas regis, hac condicione adducti deditionem faciunt, ut alia regione pro sua ab rege donarentur. nec multo post hos compedibus compeditos abduxit domum, simul etiam exercitum dimisit. regem Illyricorum mane, cum in castris quiesceret et abitum moliretur, accersivit in conspectum suum qui cum intelligeret se parum favore regis vocari, tenens manu litteras quibus continebatur iusiurandum ab Machumete datum, prodibat in conspectum regis. ut in conspectum regis venit, rege imperante caput eius praecisum est. tradunt regem propinasse interficiendum Illyriorum regem Persae praeceptori suo. sunt qui referant coquum regium istum virum, nescio quod crimen in eum intendentem, confecisse. nam is, cum plurimum dissideret a sententia Machumetis filii Michaelis, regis iussu Illyriorum regem leto dedit.

In hunc modum memoriae proditum est occidisse Illyriorum regem, occupato regno eius ab rege Turcorum. Veneti et Pannones

Digitized by Google

φυλακῇ, πυθόμενοι ταῦτα οἵ τε Οὐενετοὶ καὶ οἱ Παίονες δει- P. 291
νὸν ἐποιοῦντο καὶ ἐς φόβον καθίσταντο μέγαν, αὐτίκα οἰόμε-
νοι ἐπὶ σφᾶς ἥξειν τὸ δεινόν. καὶ οἱ μὲν Οὐενετοὶ ἐχαλέπαι-
νον ἐπιφερομένων σφίσι τῶν βασιλέως ὑπάρχων καὶ χαλεπῶν
ὄντων τοῖς ὑπηκόοις, ἐνέμενον δ' ὅμως ταῖς σπονδαῖς, καρα-
δοκοῦντες ἢ ἀποβήσεται σφίσι τὰ πράγματα. ὡς δὲ τό τε ἐν
Πελοποννήσῳ Ἄργος, ἱερέως τῶν ἐν τῇ πόλει παραδόντος
προδοσίᾳ, ἔλαβεν ὁ τοῦ βασιλέως ὕπαρχος, Ἀλβάνεω παῖς,
τοὔνομα Ἰησοῦς, καὶ ἐπέθετο περιφανῶς ἤδη πολεμεῖν, καὶ
Ναύπακτον μὲν ἐπέδραμεν Ὠμάρης ὁ Τουραχάνεω, τὴν δὲ ἐν B
Πελοποννήσῳ χώραν Οὐενετῶν, τὴν περὶ Μεθώνην, καταλα-
βόντες οἱ τοῦ βασιλέως οὐκ ἐνεδίδοσαν, ἐνταῦθα οὐκέτι ἀνα-
σχετὸν ἐποιοῦντο ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἐβουλεύοντο μὲν ἐπ'
ἀμφότερα γινόμενοι ταῖς γνώμαις. καταστάσης δὲ πολλαχῇ
ἐκκλησίας τῶν κλητῶν καλουμένων, Βίκτωρ τῶν Καπέλλων
οἰκίας, ἀνὴρ πλούτῳ τε καὶ ἀξιώματι προέχων καὶ ἄγειν δο-
κῶν τὴν πόλιν κράτιστος, προσπαραλαβὼν καὶ τοὺς προσή-
κοντας αὐτῷ καὶ συγγενεῖς ἐς τὴν ἑαυτοῦ ψῆφον, παριὼν ἐπὶ C
τὸ βῆμα ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Οὐενετοί, πολλαχῇ μὲν καὶ
ἄλλοτε δοκῶν τοὺς ἐνοικοῦντας τὸ ἄστυ τόδε μὴ διαπίπτειν V. 291
λογιζομένους τὰ δέοντα, βραχεῖ τινὶ λόγῳ ἐνόμιζον δεῖσθαι

cognito regionem Illyriorum in dicionem venisse regis regemque Illyrium captum ab Turco occubuisse, propterea reliquos regionis principes miserandam in vinculis agere vitam, haec neutiquam diutius ferenda esse censuerunt; ac formidine magna tentabantur, cum animis reputarent brevi fore ut idem exitium parum feliciter experirentur. Veneti graviter ferebant praefectos regios contra ipsos insurgere, et subditis eorum molestos et intolerandos esse. interim tamen foederum sanctitatem bona fide coluerunt, suspensi expectatione eventus rerum. Iosue Albanis filius, regis praefectus, Argos in Peloponneso per proditionem sacerdotis, qui ea in urbe morabatur, nactus est, et ex aperto iam bellum gerebat. Omares Turachanis filius incursionem in Naupactum fecit. nec ab regione in Peloponneso Venetorum circa Methonam, regii ius belli abstinuerunt. his accensi Veneti, haud amplius cunctandum et ferendum rati, ad consultandum quid agerent potissimum conveniebant, sententiis in utramque partem probe pensiculatis, cum iam saepius consultassent senatores qui Evocati dicuntur. Victor de familia Capellarum, vir divitiis et dignitate praecellens, quique urbem regere optimus censebatur, adductis in suam sententiam propinquis et cognatis, conscendens tribunal, talem orationem habuisse fertur. "viri Veneti, saepius alias cognovi certis experimentis, huius civitatis incolas nequaquam cedere animis, si

ἐς ὑμᾶς. πάντα δὲ τὰ πράγματα οἷα προτρέπεσθαι καὶ μὴ προθυμουμένους ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν πρωτεύειν ἀξιούντων παρ' ἡμῖν οὐκ ὀλίγοι παριόντες κελεύουσιν ὑμᾶς μὴ οὕτως ἐπαχθῶς περὶ μεγάλων βουλεύεσθαι πραγμάτων, ἀλλ' ἀνέχεσθαι μᾶλλον, πρεσβείαν πέμποντας ἐς τὸν
D βάρβαρον περὶ τῶν σπονδῶν ὡς οὐ δίκαια πράττοι παραβαίνων τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδάς, καὶ νουθετεῖν αὐτὸν τὰ δέοντα, ἢν δέῃ πεισόμενον. ἐὰν δὲ ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, ἀναγκαῖον λόγον περὶ τοῦ παρόντος πολέμου ἐπιμνησάμενον ἱκανόν, οὕτως ἰέναι ἐπὶ τὴν ψῆφον. δεῖ δὲ ἕκαστα λογιζομένοις τὰ χαλεπὰ παρατιθέναι ἀλλήλοις αὐτά, καὶ τὰ μετριώτερα φαινομένων τούτων αἱρεῖσθαι ἐπιλεγομένους. πρῶτον δὲ ἀναγκαῖον προθέμενον ψῆφον, γνώμην ταύτην ὡς ἕκαστα ἀποβαίνειν. φασὶ γὰρ οὗτοι ὅτι εἰ πολεμήσομεν, αἱ κατὰ τὴν ἤπειρον πόλεις ἡμῶν, ἔστε τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὴν Πελο-
P. 292 πόννησον καὶ τὴν ἄλλην ἤπειρον πόλεις οὐχ ἕξουσιν ὅπως διαρκέσωσιν ἐπὶ χρόνον τινά, ἀλλ' ἐπιλείψει τε αὐτὰς τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἀπολοῦνται, ἤν τι ἐπίῃ ἐς αὐτὰς χαλεπόν. καὶ τῆς τε ἐμπορίας τῆς αὐτοῦ χώρας στερουμένης ἡμᾶς φασὶ μεγάλα ἂν βλάπτεσθαι τοῦ λοιποῦ. ἀνέχεσθαι δεῖ οὖν διὰ ταῦτα, καὶ πρεσβείαν πέμπειν διισχυριζομένην ὡς εἰκὸς τὰ τοιαῦτα.

3. ὀλίγων P 16. τὴν] αἱ κατὰ τὴν?

quando instituant rerum necessariarum, quae ad rem publicam pertinent, consultationem. quapropter paucis vos compellandos existimavi, cum videam etiam invitis et arma detrectantibus belli necessitatem imponi. nam videmini mihi rem publicam planissime prodere, dum cunctamini arma in praesentiarum adversus barbarum capere, siquidem hi qui apud vos non pauci primas tenent, monent ne temere et odiose de rebus adeo arduis consultetis, verum censent legatos mittendos ad barbarum super foedere expostulantes, ut qui iniuste agat, foederum et iurisiurandi religionem abrumpens. monendum quoque esse ut pacem, quemadmodum convenerit, observet, si verbis potius quam armis a coeptis eum deterrere possimus. quodsi his nihil apud barbarum effectum fuerit, tum demum necessaria erit oratio quae ad bellum barbaro inferendum nos in suffragia mittat. oportet sane eos qui pericula reputant, ea inter se comparare, et quae minora apparuerint, eligere. eum qui suffragium fert, circa singula hanc sententiam tenere convenit. nam adversarii nostri aiunt, si bellum moverimus, urbes nostrae in continente, quae spectat Ionium et Peloponnesum, necnon reliquae continentis urbes, haud habebunt quibus se sustentent ad breve admodum tempus, verum necessaria eos destituent, et peribunt, si periculum aliquod ingruerit. praeterea si praedicta regio mercibus fuerit exhausta et despoliata, etiam deinceps

Digitized by Google

ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς πρεσβείας πρῶτον ἔρχομαι ἐρῶν ὡς ἀφικομένων τῶν πρέσβεων ἡμῶν, ἐλλογίμων ὄντων ἅμα καὶ ξυνετῶν, οὔτε ἐπιστροφὴν ἐποιήσατο τῶν πρέσβεων, ἐξαπατήσας τε τῷ λόγῳ τὰ ἐναντία φαίνεται πεποιηκώς. ὥστε οὐκ οἶδα B ὅ τι ἂν ἔχοιεν αὐτῷ λέγειν οἱ πρέσβεις ἐπικαιρότερον ὧν πρόσθεν ἀφικόμενοι ἐχρημάτιζον, εἰ μὴ ὅτι ἀδυνατοῦντες πόλεμον ἐπιφέρειν πρέσβεσι διαλύεσθαι βούλεσθαι ἡμᾶς τὰ ἐγκλήματα, ἐς τοσοῦτον αὐτῷ προσφέρεσθαι περὶ τῶν ἡμετέρων. ταῦτα δέ, οἶμαι, καλῶς εἶχεν αὐτῷ λέγεσθαι, ἢν μὴ τὸ Ἄργος παραλαβὼν πόλεμον ἡμῖν περιφανῶς ἀπαγγέλλει. ἐπειρᾶτο μὲν μέχρις οὗ ταῦτα ἂν φέροιμεν, καὶ εἰ μὲν ἀνεχόμεθα, ἤδη χωρεῖν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἀδεῶς, εἰ δὲ μή, ὑποχωρεῖν ἤδη ἐς ὅσον αὐτῷ ὑφ' ἡμῶν συγχωροῖτο, καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἀπόπειραν ποιησόμενος, οὐδὲν μέντοι ἧττον χωρή- C σων ἐπὶ τὸν πόλεμον. εἰ δὲ μή, λεγέτω μέν μοι, καὶ πρῶτον ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφικόμενος τήν τε Εὔβοιαν ἐπέστη ὀψόμενος οἷῶ, καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρίπου πόλιν. καὶ ἐξιὼν αὖθις ἀπὸ Πελοποννήσου, καὶ τὸ δεύτερον ἤδη ἐλαύνων σὺν τοῖς πειρασομένοις τοῦ πόρου, ἀφίκετο ἐς ὄψιν τῆς πόλεως, ὅπως ἂν τὴν προσβολὴν ποιήσαιτο, ἐπιὼν ἐπὶ τὴν πόλιν. καὶ ὁ μὲν ἵππῳ διαβὰς τὸν Εὔριπον συνίδοι ὅπως βάσιμά τε εἴη

5. ἐπιχηρώτατον P 21. συνεῖδεν?

et in nos damna maxima redundabunt. quapropter bellum prolatandum est; et legatio mittenda, quae ista efficiet. de legatione primo verba faciam. nam cum legati nostri, viri prudentes et intelligentes, ad eum convenissent, eorum nullam rationem habuit: verum fraudulentis et dolosis sermonibus usus contraria, quam nos existimavimus, fecisse apparuit. non itaque satis apud me constat, quidnam principalissimum eorum super quibus ad eum venerant, coram eo expromere debeant, si denuo legationem susceperint, nisi illud, nos, cum non suppetant vires ad bellum, velle legationibus rem gerere et ad hunc modum iniurias propulsare et crimina dissolvere: adeo nos esse promptos et paratos pro ipsius arbitrio cum ipso agere. haec quidem honesta natio est, dici posset, si non occupato Argo iam ex aperto nobis bellum intentaret. animos profecto nostros in hunc modum pertentat, quamdiu tandem ista perpeti velimus. si patimur, etiam ad reliqua confidenter et audacter procedet. sin restiterimus fortiter, recedet quo per nos ei licuerit; et in trivio, quod aiunt, constitutus bellum posthac omittet. si secus fecerimus, vereor seram aliquando poenitentiam venturam. ferunt barbarum, ubi primum in Peloponnesum pervenisset, etiam Euboeam accessisse, visurum Euripi urbem. egressus iterum Peloponneso profectus est, ut tentaret transitum, venitque in conspectum urbis eo animo, ut eam

αὐτῷ προσβάλλοντι καὶ εὐεπιχείρητα. ταῦτα μὲν οὖν μὴ πο-
D λέμου τεκμήρια ἐστι περιφανῆ, ἀφ' ὧν ἄν τις αὐτὸν ἐπὶ τὸν
V. 228 πόλεμον παρασκευασάμενον ἀπὸ πολλοῦ διισχυρίσαιτο, δια-
μαχόμενον τοῖς οὕτως ἐπιεικῶς βουλευομένοις; ἀλλ' ἐπεὶ πό-
λεμος μὲν ἡμῖν κηρύττεται ἐκ πολλοῦ προϊών, τὰ μὲν ὑφ'
αὐτῷ ποιούμενος ἀφαιρεῖται ἡμᾶς, τὰ δὲ καὶ διαβάλλων τοὺς
ἐπιστάτας αὐτῷ τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύει, καὶ κατὰ βραχὺ
μεγάλα προσποιούμενος ἄφνω ἀπαρασκεύοις εἰ δύναιτο ἐπεισ-
πεσεῖν, παραλαβὼν ἅττ' ἂν αὐτῷ δύναμιν ἀξιόχρεω περι-
ποιήσαιτο. φημὶ οὖν, εἰ μὴ πόλεμον ἔσεσθαι ἡμῖν πρὸς τοῦ
P. 293 βασιλέως ὑπισχνοῦνται, τοῦτον μὴ ἀναιρεῖσθαι φάσκοντες τὸν
πόλεμον, καὶ μηδὲ παραιρούμενον τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς ἅττ'
ἂν δοκοίη ῥᾴδια προσχωρῆσαι αὐτῷ, πόλεμον μὲν μὴ ποιεῖ-
σθαι, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν, μηδ' ὁτιοῦν αὐτῷ τῶν δεόντων προϊ-
σχομένους. εἰ δὲ πάντες τοῦτον ξυνομολογοῦσι δήπου ἡμῖν
ὡς πολεμημένων ἕκαστα πάντων πρόσθεν ἀποπειρώμενος οὐ
παύεται, πότερα τούτων αἱρετώτερα ἡμῖν, ἡσυχίαν μὲν ὑμᾶς
ἄγοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν, καὶ ὡς πολεμήσαντας αὐτῷ,
ἢ πόλεμον ἐμφανῆ αὐτίκα καθισταμένους ἐνδείκνυσθαι αὐτῷ
B τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ὅσα ἐχώρει; ἐν γὰρ τῷ πολέμῳ καὶ

17. πρότερα P 18. ὡς πολεμήσοντας? 19. ἢ] ἢ ἐς? 20. ἐγχωρεῖ?

hostiliter aggrederetur. et quidem ipse equo transvectus Euripum, speculabatur qua commode cum copiis transire et urbem oppugnare posset. haec profecto manifesta belli sunt signa, ex quibus satis quis probare potest eum iamdudum decrevisse satis praeparatum adversus adeo decenter deliberantes pugnare. eo in bello, quod nuntiatur iamdudum adversus nos sumpsisse, strenue perget, quaedam sibi subigens nobisque auferens: quaedam, praefectos culpans, subiiciet, et commodissima quaeque sectabitur. mox isti nemo se opposuerit, magna potentia succinctus subito, si poterit, imparatos opprimet. nam magnas sibi conflare poterit copias, cum non cesset plurimos suo dominio usque adiungere. dicam igitur nobis non fore bellum cum rege? quidam, quod scio, vana spe semetipsos et alios lactant, dicentes eum nunquam in nos aversurum belli tempestatem, neque nos nostro deturbaturum principatu, quamvis id ex facili posset. quapropter a bello nobis temperemus, pacemque et tranquillitatem apprehendamus, nihil interim rei necessariae oscitanter omittentes. verumenimvero si ex praedictis iam plane apud omnes in confesso est eum iamdudum nobis bellum indixisse, utrum nobis conducibilius et eligibilius fore iudicatis, quietemne amplecti et regionem nostram nobis pati eripi, an ex aperto bellum inferentes ostendere barbaro quanta etiam nostra sit potentia quantaeque vires? nam in manife-

Digitized by Google

φυλάττεσθαι αὐτὸν ἔξεστιν, ἐκ τοῦ φανεροῦ παρασκευαζομένους, καὶ ἐπιτηροῦντας αὐτὸν ἢ στρατεύσεται. ἢ πειρώμενον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν ἡμῶν, μὴ προσφέρεσθαι ὡς πολεμίῳ, δυοῖν ἐν τούτῳ προέχοντι; ἢν μὲν ἀποβαίνῃ αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπιχειροῦντι, πιστεύουσί τε αὐτοῖς ὡς φίλοις, φέρεσθαι τοῦτό οἱ κέρδος· ἢν δὲ μηδέν τι κακὸν ἀπὸ τούτου ξυμβαίνει αὐτῷ . . . . . εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀμείνω, αἱρεῖσθαι ἂν πρὸ τῶν ἄλλων· δέοι ταῦτα. εἰ δὲ μὴ C ἀμείνω ἄλλα ἔχοντας ἡσυχίαν ἀνέχεσθαι, ἐκεῖνα ἔστω ἡμῖν αἱρετώτερα. τὴν μέλλησίν φημι ἔγωγε μέγα μὲν βλάψαι καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι μεγάλην ἐπενέγκαι βλάβην, προϊεμένοις τὴν ἀρχήν, ὅτε ἐπολιορκεῖτο Κωνσταντινούπολις, Ἕλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων βασιλέα, ἀφ' ὧν τά τε ἐμπόρια ἡμῖν μεγάλα ἐπῄει αὐξανόμενα. μετὰ δὲ διαπρεσβευομένων τῶν Πελοποννήσου ἡγεμόνων ὥστε τιμωρεῖν σφίσι πολεμουμένοις, περιεῖδομεν τὴν τε Πελοπόννησον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῷδε ἀνάστατον γενομένην. καὶ ἄρτι D δὲ τοῦ Ἰλλυριῶν βασιλέως κελεύοντος ἀμύνειν αὐτῷ καὶ χάριν κατατίθεσθαι οὐ μικρὰν τῆς βοηθείας ἕνεκα, περιεῖδομεν καὶ αὐτὸν διαφθαρέντα ὑπὸ Τούρκων. τούτων ἕκαστα ὑφ' ἡμῶν προϊεμένων αἰσχύνην φέρει καὶ ὄνειδος ἐς τοὺς ἄλλους

9. ἀλλὰ? 12. προϊεμένους P

s tum si descenderimus bellum, eum eiusque insidias cavere poterimus a rmati et satis instructi in omnem eventum, sedulo observantes quemnam castris locum capiat. an non is pro hoste tandem habendus est, qui insidiis regionem nostram praeripere tentat, et duobus his excellit? si felice et prospero rex utatur rerum successu, barbaris homines credunt se ut amicos nonnihil lucri inde percepturos: sin mali nihil inde redundarit in barbarum * * * si itaque haec reliquis praestantiora sunt, quis adeo est caecus ut non cernat ea esse eligenda? sin caecus, meliora habentes quietem amplecti oportet. illa namque nobis eligibiliora iudico. cunctationem aio multum multis per orbem damnosam esse; et nobis plurimum damni dedit, prodentibus imperium, Graecos et Graecorum regem, quando barbarus infestos arietes Cpoli admovebat. nam merces nostrae plurimum ab Graecis iuvabantur et augebantur. deinde contempsimus et aversati sumus preces ducum Peloponnesiacorum, qui impensissimis precibus auxilium nostrum implorabant. per nostram socordiam vidimus et Peloponnesum ab isto rege devictam. nuper admodum, cum Illyriorum rex nostrum auxilium supplex oraret et lati auxilii non mediocrem gratiam se relaturum promitteret, eum ab Turcis crudeliter necari passi sumus. his sigillatim in hunc modum a nobis proditis, non possumus infamiam apud reliquas per Europam gentes effugere, quin dicant nos mercaturae et

τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην, ὡς τῶν ἐμποριῶν ἕνεκα καὶ αἰσχροῦ κέρδους προϊέμεθα γένη ὁμότροπα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦδε φθειρόμενα. ξυνελόντα δὲ ὡς ἔνεστι φάναι, εἰ μὲν τοῖς Παίοσιν αὐτίκα συνθέμενοι ἅμα πόλεμον ἀνελώμεθα, ἔσται ἡμῖν καρποῦσθαι τοῖς ἡμετέροις· εἰ δὲ ἀνεχόμενοι ἡσυχίαν ἄγωμεν, ἐν βραχεῖ ὄψεσθε ἀπαρασκεύοις ἐπιθέμενον ἀφαιρησο-
P. 294 μένους τὴν χώραν, ὅση αὐτῷ ὅμορος οὖσα τυγχάνει. δοκεῖ οὖν ἐμοὶ πρέσβεις τε ἐπὶ Παίονας πέμπειν καὶ χρήματα, καὶ αὐτοὺς πληροῦντας νῆας ἐπὶ ταῖς οὔσαις ἡμῖν ἄλλας, ὅσας
V. 229 ἂν δυναίμεθα. συμπαραλαμβάνειν δὲ καὶ τὸν μέγαν ἀρχιερέα ἐπὶ τὸν πόλεμον τόνδε, ἡγεμόνα τε τοῦ παντὸς ποιουμένους. τὴν δὲ Πελοπόννησον ἀποστῆναι πειρᾶσθαι· εἰ γὰρ τῶν ἡγεμόνων τῷ ἑτέρῳ ἀφεστηκότι ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ μετρίως ἔχοντι βίου συνείποντο ἐς τὴν ἀπόστασιν ἐλθόντες οἱ Πελοποννήσιοι, οἱ μὲν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, οἱ δὲ ἐς πᾶν τοῦ κακοῦ ἀφικόμενοι, πολλῷ ἂν μᾶλλον ἔποιντο δύναμίν τε
B ἀξιόχρεω διὰ θαλάττης ὁρῶντες, καὶ κατ' ἤπειρον κομίζειν τῶν ἱππέων ὁπλίτας τῶν Ἰταλικῶν ἐς δισχιλίους. πέμπεσθαι δὲ ἐς Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι Κρῆτας ἐπὶ διαλύσει τῶν ἐγκλημάτων. ταῦτα δὲ ἐπάγοντας ἡμᾶς ὁρῶντες ὄψονταί τε αὐτίκα, καὶ μεταστάντες ἐφ' ἡμᾶς παρέξουσιν ὑποχείριον τὴν Πελοπόννησον, ἀφ' ἧς ἔσται ἡμῖν ταμιεύεσθαι

12. ἀποστῆσαι?

urpis lucri avidos neglexisse gentes eorundem nobiscum morum eiusdemque religionis, et quasi spectasse ut caderent Turcorum Marte. proinde, ut ad pauca redeam, si adiuncti Pannoniis arma arripuerimus, nostris nobis frui licebit. quodsi cunctari et quietem secuti fuerimus, brevi videbimus eum imparatos oppressurum, et extorturum nobis regionem nostram, qua ei finitima est. consulo igitur ut legatos cum magna pecuniae vi ire iubeamus ad Pannones. praeterea, ut praeter naves quae nobis praesto sunt, etiam alias quotquot possumus, impleamus militibus. nec etiam praetereundus est pontifex maximus, qui quoquomodo fieri potest, in belli societatem adhibendus et totius belli dux declarandus est. ad haec opera danda est ut Peloponnesus ad defectionem sollicitetur. et id quidem in proclivi est: si enim alterum de ducum numero, qui descivit ab rege, tenuem agentem vitam Peloponnesiaci secuti sunt, cum quidam desererent urbes, alii vero in summa venirent pericula, quid futurum creditis, si viderint tantas copias terra marique adversus barbarum adventare? censeo insuper equites et armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponnesum. Cretensibus quoque venia et criminum abolitio danda est. haec ubi nos agere viderint, continuo ad nos transitionem facient et

τῇ ἐκείνου χώρᾳ καὶ εἴσοδον ἱκανὴν ἀποφέρεσθαι. ταῦτα δὲ συνθεμένους τοῖς Παίοσιν, ἐκείνους μὲν ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὁρμημένους ἐπιχειρεῖν τῇ ἐκείνου ἀρχῇ, καὶ μὴ καθεζομένους περιορᾶν τὴν χώραν ἡμῶν δηουμένην, καὶ ἐς ἀνδραποδισμὸν τοὺς ὑπηκόους ἡμῶν ἀγομένους, C ἀναγκασθῆναί ποτε ἑλέσθαι σφίσιν αἵρεσίν τινα ἄλλην, τρεπομένους ἐς τὸν πόλεμον."

Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Βίκτωρος συνέπαινοί τε ἐγένοντο καὶ οἱ πλείους ἐν αὐτῷ. ἰσοπαλεῖς δὲ αἱ ψῆφοι οὖσαι, ὅμως ἐπεκράτησαν αἱ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλουσαι. μετὰ δὲ αὐτίκα ἐδόκει πρέσβεις μὲν ἐς τὸν μέγαν ἀρχιερέα πέμπειν, καὶ ἐπὶ Παίονας αὐτίκα πρέσβεις πέμπειν ὡσαύτως, χρήματα ἔχοντας. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἀφικόμενοι ἐς τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ἔλεγον τὰ καθήκοντα τοῖς Οὐενετοῖς, ὡς ἐν καιρῷ πάνυ εἴη ἅμα αὐτοῖς τὸν πόλεμον ἀναιρούμενον τοῖς βαρβάροις διαπράττεσθαι, ἅτ' ἂν αὐτῷ καὶ πρότερον ἐν Μαντύῃ ἐπετήδευτο. D ὁ δ' ἀρχιερεὺς ὑπολαβὼν ἔλεγεν ὡς ἀναγκαῖον πρῶτον αὐτὸν τὸν μικρὸν βάρβαρον ἐκ μέσου ποιεῖσθαι, εἶθ' οὕτως ἰέναι καὶ ἐπὶ τὸν μέγαν, σημαίνων τὸν Ἀριμίνου ἡγεμόνα, πρὸς ὃν πόλεμος ἦν αὐτῷ, διενεχθέντα ἐπὶ τρόπῳ ὃν παραλιπεῖν ἄξιον. διὰ δὴ ταῦτα αἰτίαν ἐπιφέρων τοιαύτην ἐπολέμει.

Peloponnesum subiicient, unde licebit negotia regi facessere. nam ab Peloponneso commodius in eius regionem dabitur accessus. si igitur societatem coiverimus cum Pannonibus, Pannones ab Istro, nos ab Peloponneso barbari regionem populabimur. nec pressis, quod aiunt, sedentes manibus negligemus regionem nostram vastari et subditos nostros Turcorum mancipia fieri: verum his tandem auctores erimus ut aliquando aliud consilium captent, et armis barbaro fortiter resistere instituant."

Victor huiuscemodi oratione habita plurimos in suam sententiam traxit. calculi autem cum propemodum utrinque essent aequales numero, vicere tamen, quia aliquanto plures erant, qui bellum nuntiabant. secundum haec decretum factum est ut legati abirent ad pontificem magnum, et alii porro ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniae vi. legati venientes ad pontificem maximum, dixerunt quae Venetos dicere aequum erat, videlicet tempus nunc instare et monere ut una cum ipsis bellum adversus barbaros capesseret, quemadmodum Mantuae convenisset. pontifex respondens inquit "necesse est ut prius impium et conscleratum minoremque barbarum e medio tollam. deinde diis bene monentibus proficiscar contra magnum barbarum." at intelligebat Arimini ducem, cum quo bellum ea tempestate gerebat. verum causam eius belli nunc omisisse satius est.

Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιερεὺς διεκρούσατο τοῖς Οὐενετοῖς, ἔχων ἐμφύλιον οἰκεῖον πόλεμον. μετὰ δὲ οἱ ἐπὶ Παίονας πεμφθέντες ὡστε ἐπὶ τὸν πόλεμον παραλαμβάνειν, ἐς ὄψιν
P. 295 *ἐλθόντες τῷ βασιλεῖ Παιόνων καὶ τῇ συγκλήτῳ ἔλεγον τοιάδε. "ἄνδρες Παίονες, ὁρᾶτε δὴ ὑμεῖς τὴν Τούρκων βασιλέως δύ-*
ναμιν, ἣ προεχώρησεν, ὡς δυναστείᾳ μὲν τοὺς ἐν τῇ οἰκου-
μένῃ ὁμοφύλους ἡμῖν κατεστρέψατο, καὶ ἡμῶν δὲ τὴν χώραν
ὡς ληιζόμενοι ἀνδραπόδων τήν τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἐπί-
πλησαν. καὶ τόν γε Ἴστρον ἀεὶ διαβαίνοντες δηοῦσί τε τὴν
χώραν καὶ ἐπικαίουσιν. ὡς δὲ αὐτὸς ὁ βάρβαρος οὐκέτι δια-
βὰς τὸν Ἴστρον περὶ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τὸν ἀγῶνα ποιεῖ-
ται, δῆλά ἐστι λογιζομένοις ὑμῖν ὅτι ἐπὶ τὴν ἐκείνου διαβαί-
B *νοντες ἐς θόρυβον ἐτίθεσθε αὐτοῦ τὰ πράγματα. νῦν δὲ τούς*
V. 130 *τε Ἕλληνας καθελὼν καὶ Ἑλλήνων βασιλέα, μετὰ δὲ τὴν Τρι-*
βαλλῶν χώραν ὑφ' αὑτῷ ποιησάμενος, καὶ Πελοπόννησον κα-
ταστρεψάμενος σύμπασαν, καὶ βασιλέα Τραπεζοῦντος παρα-
στησάμενος καὶ τὴν τε χώραν αὐτοῦ ὑπαγόμενος, μετὰ δὲ
ἐπιστήσας ἄρχοντα τῇ Δακίᾳ, καὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν δη-
σάμενος, καὶ ἐλὼν ἅμα καὶ τὸν βασιλέα, ἄνδρα ἐπιεικῆ καὶ
μέτριον, ἐν βραχεῖ οὕτω χρόνῳ τοσαύτας δυναστείας καθε-
λών, τί ἔτι οἴεσθε αὐτὸν τοῦ λοιποῦ ποιήσειν; καθεστήσεται
C *μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ὁμόρους τούτων ἐλαύνων πειρά-*

17. *ἐπαγόμενος* P

Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, ut prompti sequerentur in Turcicam expeditionem, missi erant, prodeuntes in conspectum regis Mathiae, in frequenti senatu huiuscemodi orationem exorsi sunt." viri Pannones, utique cernitis Turcorum regis potentiam quo evaserit. eos qui in orbe Christiano eiusdem nobiscum et fidei et gentis sunt, suum imperium suscipere coegit. ex regionibus nostris praedas agens', Asiam et Europam mancipiis nostris replevit. Istrum praeterea frequenter transgrediens, regionem populatur agrosque urit. itaque si nos audieritis, barbarus non amplius trailicie Istrum, ut vestram regionem impugnet. nam manifestum esse rem omnibus, si modo vires intellectus seu mentis intenderint, fore, ut vos Istrum transmiseritis et in eius regionem hostili animo fuerit ingressi, ut maximum tumultum in eius regione concitetis resque eius planissime conturbetis. Turcus, ut liquido constat, Graecos debellavit et eorum regionem suo dominio adiecit. Triballorum regionem et universam Peloponnesum sui iuris fecit. Trapezuntium regem domuit, eiusque regione potitus est. Daciae ducem dedit. Illyricorum regionem misere evastavit; eorumque regem, virum aequum et modestum, cepit et occidit. eum igitur, qui brevi admodum tempore tot principatus et potentatus demolitus est, quid porro facturum cre-

σεται τὰς αὐτῶν γινομένας ὑφ' αὐτῷ ποιεῖσθαι, ὡς ἂν δύναιτο τάχιστα αὐτοῖς προσφερόμενος. νῦν δὲ ἥκει καὶ ἐφ' ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα ὁ πόλεμος, καὶ παντὶ σθένει πειράσεται διαβαίνων τήν τε χώραν ὑμῶν ἀνδραποδίζεσθαι καὶ τοὺς ἄρχοντας αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ διαφθεῖραι. οὐ γὰρ ἂν ψυχὴν αὐτοῦ ἔστι διαλλάττειν ἐς τοὺς ὑμετέρους τε καὶ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν θρησκείαν ὄντας, ἀλλ' ἀμείλικτος πάμπαν τυγχάνει ὢν ὁμοίως παντὸς τῷ τέ οἱ ἐπιεικῶς φερομένῳ. πυνθάνεσθε γὰρ δήπου οἷα τὸν Λαδίσλαον βασιλέα πρότερον ἄρχοντα ἐποίησε. κἂν τούτῳ μὲν ἴσως συγγνώμην ἔσχεν ἑαυτῷ ἐν D μάχῃ ἁλόντα ἀπεκτονώς· τὸν δέ γε βασιλέα Δαβὶδ Τραπεζοῦντος καὶ Ἰλλυριῶν καὶ Λέσβου ἡγεμόνα τούς τε ἄλλους, τί χαλεπὸν ὑπ' ἐκείνων παθὼν διαφθείρει αἰεὶ ὁμοῦ πάντας; εἰ μὲν οὖν παρασκευάζεσθε ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ἐλαύνοντες τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, τάχα ἄν τι ἐπικουφίζοιτε καὶ τὴν ἐπὶ ταῦτα ἐσομένην ὁρμὴν αὐτοῦ ἐς τὴν Παιονίαν. εἰ δὲ ἀνέχεσθε τοιαῦτα πάσχοντες, διαβήσεται δὲ ἐκεῖνος παντὶ τῷ στρατῷ, δέδοικα μὴ σφαλέντες ἅπαξ τάδε πάντα ὑπ' ἐκεί- P. 296 νῳ γένηται καὶ ἡμᾶς κάκιστα ἀπολέσῃ."

Ταῦτα εἰπόντων τῶν Οὐενετῶν ὁ βασιλεὺς Παιόνων ὑπολαβὼν ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Οὐενετοί, εὖ τε λέγετε καὶ

ditis? haud quieti et ignaviae se corrumpendum tradet, verum finitimos armis appetet, eorumque regiones suae adiunget. nec moras nectendo sedebit, verum illico in finitimos arma vibrabit. nunc igitur nec vobis bellum parcet. nam conabitur, universis suis copiis fretus, in regionem vestram impetum facere, et ex ea hominum aliarumque rerum praedas agere, principes vestros turpissimae neci tradere haud cunctabitur. nam animus eius semper est implacabilis erga nostros et erga omnes eos qui Christianae religioni acquiescunt. praeterea parum pacatum animum gerit erga eum qui se benevolum et benignum offert. haud enim vos praeterit quid fecerit Vladislao principi vestro. verumenimvero veniam hic meretur Turcus, siquidem Vladislaus in praelio captus interiit. sed quid mali passus est aut quamnam iniuriam accepit ab Davide Trapezuntis rege, et ab Illyriorum et Lesbi duce, necnon ab reliquis quos omnes crudeliter necavit? si itaque contractis copiis in eius regionem irrueritis, certe brevi spiritus eius generosos, quos contra Pannoniam concepit, contuderitis. sin patienter quae ab rege inferuntur sustinueritis, transgredietur is universi exercitus robore ad vos. vereor, si deinde semel aberraveritis et parum feliciter contra eum pugnaveritis, ne universa Pannonia in eius dicionem cedat et vos crudelissime perdat."

Venetis, cum dicendi finem fecissent, in hunc modum respondit Pannonum rex. "viri Veneti, sane recte dicitis, et videmini in plu-

δοκεῖτε πρὸς πολλὰ ἄνδρες εἶναι οὐκ ἀξύνετοι, ἔστε τὰ ἄλλα τοῦ βίου καὶ ἐς τὰ δέοντα αὐτοῖς λογίζεσθαι. ἐκεῖνο δὲ οὐ δοκεῖτε ἡμῖν μεμνῆσθαι, ὡς τὸν ἐπὶ τῶν Τούρκων πόλεμον συμπαρελαμβάνομεν πολλάκις ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε τιμωρεῖν, παρακαλοῦντος ἅμα καὶ τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως, ἀλλ' ἐσπένδεσθε τῷ βαρβάρῳ καὶ ἡμῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῖ-
B σθε, ἐφάσκετε δὲ ὡς οὐκ εἰκότα ὑμῶν προσδεόμεθα, κελεύοντες ἐπαμύνειν μηδ' ὁτιοῦν χαλεπὸν ἐπιδόντας ὑπὸ τοῦ βαρβάρου. καὶ ἡμεῖς δὴ οὕτω πολλάκις τὸν Ἴστρον διαβάντες ἀνήκεστα πεπόνθαμεν. καὶ πρῶτον μὲν Λαδίσλαος ὁ τῆσδε τῆς χώρας βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός, τὸ δεύτερον αὖθις πολλοί τε ἅμα καὶ ἀγαθοὶ ἐν Κοσόβῳ τῆς Τριβαλλῶν χώρας οἱ μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ ἑάλωσαν ὑπὸ Τούρκων. ταῦτα μέντοι ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι ἐπιμεμφόμεθα. τιμωρεῖν δὲ ὑποδεχόμεθα αὐτίκα μάλα διαC βάντες τὸν Ἴστρον, ἐς ὅσον ἐγχωρεῖ ἐν τῷ τοιῷδε βλάψαι τὴν χώραν τοῦ βαρβάρου. ἦρος δ' ἐπιγενομένου στρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἐκείνου, πειρασόμενοι ὡς ἂν διδῷ ὁ θεός. χρεὼν δὲ καὶ ὑμᾶς ἅμα ἐσβάλλοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον
V. 231 βλάπτειν πειρᾶσθαι, ὅσα ἂν δύνασθε, ὡς ἂν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν χωρίων παρέχοιμεν αὐτῷ πράγματα ἐργαζόμενοι, ἐς ἐγ-

3. ὡς ἐς τὸν ἐπὶ? an ὡς ἐπὶ τὸν? 8. ἐπιδόντες P 10. ἐπεπόνθαμεν P

rimis esse viri non admodum imprudentes, nec solum in iis quae ad quotidianae vitae usum spectant, verum et in iis quae publicam aliquando de rebus necessariis consultationem postulant. parum autem recordamini, ut videre videor, quod saepius vos cohortati sumus, ut una nobiscum expeditionem sumeretis contra Turcos: verum cohortationem nostram admittere recusastis, quamvis ad eandem rem etiam pontifex maximus vos cohortaretur. foedus pepegistis cum barbaro, nostrique nullum respectum egistis. ad haec vestra oratio erat nos parum honeste agere, iubentes vos arma contra barbarum arripere, cum nullae tamen eius in vos extent iniuriae. nos igitur saepius traiecimus Istrum, et maximas clades accepimus. primo quidem Vladislaus rex noster in expeditione Turcica occubuit, cum fuisset vir optimus. deinde iterum multi et boni viri in Cosobo regionis Triballorum partim caesi partim capti sunt ab Turcis. haec quidem hactenus vobis exprobrare libuit. caeterum parati et prompti sumus una vobiscum suscipere bellum, continuo transeuntes Istrum, et quantum possumus, evastantes regionem barbari. appetente vere bellum indicemus regi; quod quantum deus nobis opis dederit, summa fortitudine geremus. caeterum et vos simul irrumpere in Peloponnesum et molestos esse, quantum licuerit, regi oportet, ut in hunc modum

γυτάτω ἴοιμεν τῆς γνώμης, ὁμοῦ δὲ ἐγχειρίσαι περὶ τὸν πόλεμον." ταῦτα εἰπὼν καὶ παρασκευασάμενος τὰ χρήματα ἐδέξατο ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους χρυσίνους.

Οὗτος μὲν οὖν οὕτω παρεσκευάσατο ἐς τὸν πόλεμον, συναγείρας δὲ στράτευμα ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, τὸν Ἴστρον τε διαβάς, ἐδήου τὴν βασιλέως χώραν. καὶ D ἐπιτειχισμὸν τῇ Μπελογράδῃ ὁ Σαβατίνης ἐτείχισεν, ὅτε τὴν Παιονίαν ἐληίζετο, καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπὼν ἐν αὐτῇ, ἄνδρας τῶν βασιλέως Θυρῶν, ἀπήλαυνε. τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐπιτείχισμα ὃν μάλιστα τῇ πόλει ἐπελάσας ἐπολιόρκησε· μετὰ δὲ ἐπιδρομὼν τὴν βασιλέως χώραν ἔστε ἐπὶ Σάββαν, καὶ ἀνδραποδισάμενος τὴν χώραν, Τριβαλλούς τε ἅμα καὶ Τούρκους, ἀπήλαυνε τὰ ἔμπαλιν γενόμενος ἐπ' οἴκου. λέγεται δὲ ἀπενέγκασθαι ἀνδράποδα ἀμφὶ τὰ δισμύρια.

Καὶ τὰ μὲν τῶν Παιόνων οὕτως ἐγένετο· Οὐενετοὶ δέ, 1463 ὡς καὶ τοὺς Παιονὰς σφισι συμμάχους παρελάμβανον, πληρώσαντες τριήρεις πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ναῦς τε ἅμα ὑψηλὰς δυοκαίδεκα ἔπλεον ἐπὶ Πελοπόννησον. καὶ ὁπλίτας P. 297 μὲν Ἰταλούς, ἱππέας δισχιλίους, ἐμβαλόντες ἐς τὰς ὑψηλὰς ναῦς διεπόρθμευον ἐς τὴν Πελοπόννησον· μετὰ δὲ στρατηγὸν εἵλοντο ἄνδρα ἐπίσημον τῆς Λαυρεδάνων οἰκίας, ἐπιτρέψαντες αὐτῷ τὰ πράγματα, καὶ ἐς τὰς παραλίους τάς τε ἐς

ab utraque regione negotia ei facessamus, et pari animo utrique bellum aggrediamur." his dictis accipiebat viginti quinque milia aureorum.

Quibus acceptis accingebatur ad bellum, comparans exercitum qui complectebatur viginti quinque milia virorum. transgressusque Istrum regis regionem populabatur. Sabatines murum Belgrado obiecerat, quo tutior esset, cum ex Pannonia praedas ageret; in quo relinquens praesidium virorum de ianuis abiit. hunc igitur murum quam proxime ad urbem accedens oppugnavit et diruit. dehinc incursionem faciens in regis regionem usque ad Savum, et mancipiorum praedas agens, pulsis Triballis et Turcis, domum reversus est, vehens circiter viginti milia mancipiorum.

In hoc statu res Pannonum erant. Veneti, cum Pannones in belli societatem venissent, impleverunt triremes triginta quinque et naves alias duodecim; quibus confisi contenderunt in Peloponnesum. Italos armatos et equites bis mille imposuere in naves altas, et transfretarunt in Pelloponnesum. ad id bellum crearunt virum ducem illustrem Iacobum de familia Lauredanorum, cui etiam imperium in maritimas regiones dederunt, videlicet in eas quae Ionium et Aegeum respiciunt.

τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὸ Αἰγαῖον ἡγεμόνα κατεστήσαντο, κυρίν τε ποιησάμενοι διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτῷ δοκοίη ἐς τὸν πόλεμον ἄριστα ἔχειν. ἀπὸ δὲ τῆς Κρήτης κήρυγμα ἐποιήσαντο τοῖς ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐς τοὺς χώρους καταφυγοῦσιν, ἰέναι θαρροῦντας ἐς τὸν πόλεμον. ἐγένοντο δὲ συλλεγέντες ἀμφὶ τοὺς τετρακισχιλίους, καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον διεπόρθμευσαν, καὶ τούς τε Πελοποννησίους παρώτρυναν ἀφιστάναι ἀπὸ βασιλέως. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι δεινῶς δεδιότες, προσέφερον λόγους, τόν τε Ἰσθμὸν τειχίζειν, ὡς ταύτῃ ἀπολῃψόμενοι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι βασιλέως νεήλυδας, καὶ ἀπογνόντας παραδωσομένους σφᾶς, ὥστε ἀπαθεῖς ἀπιέναι. ἡ μὲν οὖν Λακωνικὴ καὶ τὸ Ταίναρον καὶ οἱ ἀμφὶ Ἐπίδαυρον ἀπέστησαν αὐτίκα ἐπιόντων τῶν Οὐενετῶν, καὶ οἱ Ἀρκάδες καὶ Πελληνεῖς· ὁ δὲ Πελοποννήσου ὕπαρχος, ἐν Λεοντίῃ τῆς Μεγαλοπόλεως διατρίβων, ἐσκόπει ᾗ ἕκαστα προβήσεται, καὶ κήρυκα πέμπων ἐς βασιλέα ἐδήλου ὡς Οὐενετοὶ τήν τε χώραν ἀφιστάντες πολεμοῦσι, καὶ τὸ Ἄργος ἐπιόντες ἀπὸ Ναυπλίου διὰ τῆς ἠπείρου καὶ διὰ θαλάσσης ἐπολιόρκουν προσβαλόντες καὶ ἐπειρῶντο ἑλεῖν. ἐνῆσαν δὲ τοῦ βασιλέως πεντήκοντα νεήλυδες καὶ ἁρμοστὴς τούτων, οἳ προσεχώρησαν τοῖς Οὐενετοῖς καθ' ὁμολογίαν, καὶ ἀφῆκαν ἀπαθεῖς ἀπιέναι. οὗτοι μὲν οὕτω διέφυγον μὴ ἀπολέσθαι, καὶ τὸ Ἄργος παραλαβόντες Οὐενετοὶ φρουράν τε ἐγκατέλιπον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ. ἔνθα δὴ συ-

huic plenam rerum gerendarum potestatem permittunt, nempe ut ad eum modum bello utatur quo sibi res Venetorum optime habere viderentur. edictum missum est in Cretam, ad eos qui capitalibus criminibus irretiti ad ea loca confugerant, ut audacter, nihil metuentes, in hanc expeditionem venirent. hi erant numero in unum collecti quater mille ; et in Peloponnesum traiecerunt, ut Peloponnesiacos ad defectionem ab rege impellerent. verum Peloponnesiaci magna in formidine constituti, inter se varia collocuti, statuerunt Isthmum muro circumvenire, ut eo modo peregrinos regis, qui in urbibus erant, interciperent. peregrini namque iam desperarant (ut qui semetipsos proditos crederent) se posse illaesos et salvos praesentem necessitatem effugere. Laconia, quique Taenarum et Epidaurum tenebant, necnon finitimi illico accedentibus Venetis ab rege desciverunt. hos secuti sunt Arcades et Pellenenses. Peloponnesi praefectus in Leontia Megalopolis moratus expectabat rei eventum. nuntium ad regem dimisit qui nuntiaret Venetos in armis esse et regionem ad defectionem sollicitare. Veneti terra marique ab Nauplio properabant Argos, quam urbem aggressi oppugnabant. oppidani conabantur transitionem facere. erant in ea urbe peregrini milites regis quinquaginta,

νέχθη αὐτοῖς τοιόνδε. ὡς γὰρ ἐπεκράτησαν τοῦ Ἄργους, καὶ βοήθειαν ἔπεμπον, ἐπιτρέψαντες ἀνδρὶ Ἱερωνύμῳ Βερνάρδων γένους, καὶ ἐπιτείλαντες ὡς ἂν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ προϊὼν ἀφίκοιτο ἐς τὸ Ἄργος. ὁ δὲ ἀπειθήσας ᾖει τὴν μεσόγαιαν, φέρουσαν διὰ τῆς ὑπωρείας. ἐνταῦθα οἱ Τοῦρκοι προλοχίσαντες τὴν ἐπὶ τῷ Ἄργει ὁδόν, καὶ ὑπείσαντες ἄνδρας ἑκατόν, ἀνέμενον εἴ τι ἀπίῃ ἐς τιμωρίαν φέρον τοῖς Ἀργείοις. ὡς δὲ ἑώρων τὸν Ἱερώνυμον ἄγοντα τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τὸ Ἄργος διὰ τῆς μεσογαίου, ἔφθησαν, τήν τε ὑπώρειαν καὶ τὸν αἰγιαλὸν καταλαβόντες, ἐν μέσῳ ποιήσασθαι τὴν Οὐενετῶν βοήθειαν. καὶ ὡς ἐποίησαν, ἐτρέψαντο αὐτίκα τούτους, καὶ διαφθείραντες ἐς διακοσίους τούτους ἐζώγρησαν. αὐτός τε Ἱερώνυμος διέφυγε μὴ ἀπολέσθαι. ἐμβὰς δὲ ἐς πλοῖον ταύτῃ που ὁρμιζόμενον, ἐπηγγέλλετο ὡς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρείη πλεύσων τὴν Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐπὶ Αἴγιναν ἀφίκετο, αὖθις ἐκέλευεν αὐτὸν διαπορθμεῦσαι ἐς Εὔβοιαν. ἐπιβὰς δὲ ἐς τὴν Ἀττικήν, ἐντεῦθεν ἀφίκετο παρὰ βασιλέα.

D V. 232 P. 298

Οὗτος μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστερον αὖθις ἐς τοὺς Οὐενετοὺς ὑποστρέψας χαλεπὰ ἐπεπόνθει. οἱ μέντοι Οὐενετοί, ὡς προϊσχομένων τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ Ἑλλήνων τε ἅμα καὶ

una cum duce suo; qui condicionibus quibusdam intercedentibus se Venetis dedidere, quos passi sunt abire inviolatos et incolumes. hoc modo isti exitium imminens evaserunt. Veneti Argo urbi, quae in dicionem venerat, praesidium imposuerunt, relicto ibidem et duce. ubi huiusmodi casus Venetis accidit. ut enim potiti sunt Argo, submiserunt auxilium duce Hieronymo de familia Bernardorum; cui praeceptum erat ut per littus auxiliares ducens pergeret Argos. is contempto imperio magistratus auxiliare agmen ducit per mediterraneam regionem, iter faciens per radicem montis. ibi tum Turci locum insidiis praeoccupantes in itinere quod fert Argos, submittentesque viros centum, expectarunt, si qua occasio daretur ulciscendi Argivos. ut conspicati sunt Hieronymum iter metiri per mediterraneam regionem, praevenerunt montis radicem, et occupato littore Venetorum auxiliares in medio conclusere. hinc ex insidiis exurgentes Venetos continuo in fugam coniecere, caesis ducentis totidemque captis. Hieronymus fuga evasit impendens discrimen. ingressus autem navem, quae forte eo appulerat, dicebat se ab duce Veneto advenisse, ut proficisceretur in Aeginam. ut in Aeginam venit, nautam navem solvere et cursum in Euboeam dirigere iubet. dehinc egressus est in Atticam, et inde ad regem iter flexit.

Is haud multo post reversus ad Venetos graves poenas spreti et contempti imperii dedit. Graeci qui erant in Peloponneso, et Albani, necnon Rhasicus et Petrus Claudus, haud cessabant consulere

Ἀλβανῶν, καὶ κελευομένων αὐτῶν καὶ Ῥασίκου καὶ Πέτρου
B τοῦ χωλοῦ, ὡς εἰ τὸν Ἰσθμὸν τειχίσαιεν, αὐτίκα ὄντες οἱ Πε-
λοποννήσιοι ἀποστήσονται καὶ ἐπ' αὐτοὺς χωρήσουσι· μέγα
γάρ τι προσφέρειν τοῦτό σφισιν ἐς τὴν ἀπόστασιν. ἐδόκει
δὲ ἰόντας παντρατιᾷ φράγνυσθαι τὸν Ἰσθμὸν καὶ διαπειρᾶ-
σθαι τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ. ἀφικομένων δέ, λίθους συν-
τιθέντες ἐπῳκοδόμουν, ὡς ἂν ἀποπειρώμενοι τῶν Πελοποννη-
σίων γνώσωσιν, εἰ προσχωροίη καὶ ἡ Κόρινθός σφισι, καὶ
τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου αὐτίκα χωρήσουσιν ἰόντες ἐς
αὐτούς. ὡς δὲ ἐπῳκοδόμησάν τε τὸν Ἰσθμόν, καὶ αὐτοὶ ἀνα-
λαβόντες τὰ ὅπλα ἦεσαν ἐς τὴν Κόρινθον, ἐξηγουμένων τῶν
Κορινθίων ἐς τὴν προσβολήν. τηλεβόλους τε καθίστασαν ἐς
C τὴν ἀκρόπολιν, καὶ προσεβάλλοντο μαχόμενοι ἀξίως λόγου.
χειμὼν δὲ ἐπιγενόμενος ἐκώλυσέ τε αὐτοὺς προκαθέζεσθαι,
καὶ ἀπιόντες ἐντεῦθεν ᾤχοντο ἄπρακτοι. ὡς δὲ πιεζόμενοι οἱ
Οὐενετοὶ τῷ χειμῶνι χαλεπῶς ἔφερον τὴν ἐν τῷ Ἰσθμῷ δια-
τριβήν, καὶ οὔτε ἡ Κόρινθος προσεχώρει οὔτε ἡ Ἀχαΐα ἀφί-
στατο, ἐπελώσαντος ἀνδρὸς Ῥάλεω τοὔνομα Ἕλληνος καὶ αὐτοῦ
τελευτήσαντος ὑπὸ Τούρκων ἐπεξιόντων τε καὶ ἀμυνομένων,
καὶ οὔτε δὴ τἆλλα προσεχώρησέ σφισι πλὴν τῶν τὴν Σπάρτην
οἰκούντων ἐξαπατηθέντων ὑπὸ Ἕλληνος νεανίου, Γρίτζα τοὔνομα

2. ἰόντες? an πάντες?

Venetis ut Isthmum muro includerent. hoc enim facto aiebant Peloponnesiacos illico defecturos ab rege et ad Venetos transitionem facturos. nam plurimum momenti ad defectionem rem eam habere. visum est igitur ut cum universis copiis opus aggrederentur, Isthmumque obstruerent, an vel isto modo ad defectionem inclinaturi essent Peloponnesiacorum animi. advenientes ad opus praedictum lapides et saxa congerebant, opusque incredibilem in morem brevi crescebat. et tentantes animos Peloponnesiacorum, periculum faciebant si et Corinthum ad defectionem accendere possent. quod si contingeret, reliquas Peloponnesi urbes statim transitionem facturas. Isthmi muro exaedificato, arreptis armis pergebant contra Corinthum. praeeuntibus quibusdam Corinthiis, ostendentibus ubinam urbem aggredi deberent, bombardas ponebant ex adverso arcis, urbisque oppugnationem aggrediebantur, certantes magna cum gloria. verum hiems frigoribus intoleranda eos ab obsidenda urbe abduxit. quapropter discedentes nihil tanto apparatu dignum effecere. itaque Veneti hiemis iniquitate pressi, animo iniquo moram in Isthmo ferebant. nec Corinthus transitionem fecit, nec Achaia descivit, quamvis ad eos missus foret vir Graecus nomine Raches; qui ab Turcis egredientibus et resistentibus interfectus est. nec reliquae urbes, praeter eos qui Spartam incolebant, deditionem faciebant: nam Spartanis impo-

Digitized by Google

ἔχοντος, δεινόν τε ἐποιοῦντο προσμένειν τε αὐτῷ τῷ Ἰσθμῷ καὶ οὐδέν τι πράττεσθαι ἀνύοντας ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφήν. ἠγγέλλετο δὲ καὶ Μαχουμούτης ὁ τοῦ βασι- D
λέως ἡγεμὼν στρατῷ μεγάλῳ ἐπιέναι σφίσιν ἐς τὸν Ἰσθμόν. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἠγγέλλετο ἐλαύνων ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν, ἔγνωσάν τε ἀπολιπεῖν τὸν Ἰσθμόν, οὐδέν τί σφισιν αὐτοῖς πρόσφορον ἐς τὰ παρόντα, καὶ ἰόντας ἐς τὰς πόλεις κρατύνειν τε αὐτὰς καὶ ἀμύνασθαι κατὰ τὸ καρτερόν, ἢν ἐπίωσιν οἱ περὶ Μαχουμούτη τε ἅμα καὶ οἱ περὶ βασιλέα.
Ὡς γὰρ ἀγγελία ἀφίκετο βασιλεῖ τοὺς Οὐενετοὺς τειχί- P. 299
ζειν τε τὸν Ἰσθμόν, πληρώσαντας τριήρεις ἐς τεσσαράκοντα νηῶν δὲ ὑψηλὰς δυοκαίδεκα, καὶ ὁπλίτας ἐπαγομένους ἀπὸ Ἰταλίας, καὶ ἀπὸ Κρήτης στρατὸν ἄλλον, μεγάλως παρασκευάσασθαι αὐτοὺς ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφήν, πέμπει V. 233
Μαχουμούτη συμπαραλαβόντα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατόν, πλὴν τῶν πρὸς τοὺς Παίονας τεταγμένων, ἐλαύνειν εὐθὺ Πελοποννήσου, καὶ εἰ μέν τι αὐτὸς οἷος ἀνύσαι ἐς τὸν πρὸς Οὐενετοὺς πόλεμον, καθελεῖν τε τὸν Ἰσθμὸν καὶ ἐσβαλεῖν ἅμα ἐς τὴν Πελοπόννησον, εἰ δὲ μή, καὶ αὐτῷ ἀπαγγέλλειν, ὥστε κατὰ πόδας ἐλαύνειν. ὁ μὲν τῶν Θυρῶν ἡγεμὼν Μα- B
χουμούτης παραλαβὼν τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν ἦλασε μέ-

4. ἀπιέναι P 12. νῆας? 17. τοι P

